ipsi Communi Tiburis retinendi quolibet (fol. 5.) anno de dd. mille libris Prov. per tertiam partem D. Joanne Oddolino, seu alio, qui ab eo constitutus est, seu causam habet ex obligatione, qua Commune Tiburis ei tenet, et promisit, et dimisit in dicto Tractatu hujusmodi contingente, donec ipse D. Joannes, seu alii cessionem, seu causam habentes in dicto tractatu, et deliberatione prefata, ut supra dictum est, acquiescant, refutationes, et citationes, et caetera juxta formam tractatus, et deliberationis prædictæ, ut supra dictum est, faciant, seu donec Commune Urbis solvat, et satisfaciat ipsi D. Joanni Oddolino, et ab eo cessionem, seu causam habentibus, ut dictum est, et pro quantitatibus, et residuo dicto Scintico nomine dicti Communis, et hominum Tiburis, et ipsius Communi, et hominibus Tiburis per eum contra omnes creditores, et etiam eorum ordinamenta, et actiones, exceptiones, monitoria, processus etc.; ut dicti creditores non possint contra Commune, et homines Tiburis pro residuis quantitatibus eis a dicto Commune, et hominibus Tiburis debitis agere, et ab eis petere, et exigere, et ipsum Commune, et homines Tiburis non cogerentur ad solvendum, et non cogantur, nisi pro tertia parte tantum dictarum mille librarum quomodolibet nomine, et pro parte Communis, et Universitatis Urbis prefato Scintico Communis, et Universitatis Tiburis, et pro parte ipsius Communis, et Universitatis promisit eidem pro parte singulorum privatorum, seu specialium hominum Urbis curaturum, et facturum, quod dicti perdentes, damnum, iniuriasque passi, et dictus *D. Joannes Oddolinus*, dictus *Gregorius Frangiapane* heres *Cecchi Frangiapane*, presbyter *Jacobus* Ecclesiæ SS. XL. Martyrum Clericus, et alii ab eis, vel eorum aliquo cessionem, seu causam habentes de prædd. omnibus, et singulis, refutationem, et cartam facient Communi, et singularibus personis Tiburis ad consilium sapientis, et quod instrumenta praedicta, et condemnationes, privilegia, et omnia alia scripta in iudicio, vel extra facta, eisdem restituere, et si quis praedictorum Urbis prefata omnia et singula non faciet in totum, seu in partem, seu quis eorum defecerit, et Commune, seu homines Tib. ab eis, et per eos, et eorum occasione damna in Judicio, vel extra habuerint, seu expensas fecerint, liceat Scintico Communis Tiburis, et ipsi Communi, et dictus Scinticus Communis Urbis nomine, et pro parte Urbis licentiam dedit, et potestatem eisdem, ratam quantitatem de dd. mille libris prov. retinere libere, et impune, quod si nomine d. Communis, et ipsi Communi, et singularibus Tiburtinis, qui damna ipsa substinuerunt, et expensas facient, sit integre satisfactum. Convenit propterea dictus Scinticus Urbis nomine, et pro parte Urbis, et legitime interveniente stipulavit prefato Scintico Tiburis, nomine, et pro parte Communis promisit, quod cum dictus *Joannes Oddolino*, et ab eo cessionem, seu causam habentes, dicto tractatui, et deliberationi populi acquierunt, prout in ipsis tractatu, et deliberatione continetur, et adimpletis ipsis, Scinticus, seu alius Scinticus Communis Urbis procedet, et mandabit *D. Ioanni Oddolino*, *D. Gregorio Fragiapane* haeredi *Cecchi Fragiapane*, Praesbitero *Jacobo* Ecclesiae XL. Martyrum Clerico, et cuilibet eorum, qui potior erit iure, sive creditoribus ipsius Communis Tiburis, vel alteri presente proprio nomine, et pro parte ipsorum, iura, et actiones Communis Urbis contra Commune Tiburis competentia, et competitura pro petendo, et recipiendo ab ipso Communi Tiburis quolibet anno tertiam partem mille librarum provi-

 si-

sinorum concedet, et cedet, et mandabit eidem, vel cuidam jura, et actiones competentes contra Commune Urbis habet tam de consuetudine, quam de jure pro petendo, recipiendo, et percipiendo, etiam partem contractuum, proventuum, et fructuum, de Potestaria, seu Comitatu Tiburis, de justitiariatu Carsoli, et de offercta, sicut in dicto tractatu, et deliberatione tempore Senatus *D. Emanuelis* de *Madio* habetur, et continetur, donec eis satisfactum fuerit de omnibus iis, quae a Commune Tiburis petere, et habere de jure possunt, et debent, mandaverunt, et praeceperunt dicti Senator, et Scinticus Urbis nomine Urbis prefato Scintico Tiburis nomine, et pro parte Communis Tiburis, et de prescriptis mille libris prov. quas ipse Scintico nomine Communis Tiburis prefato Scintico Urbis, nomine Urbis quolibet anno solvere promisit, ut supra dictum est, solveret quolibet anno in futurum prefato D. Joanni Oddolino, seu aliis, ejusdem debiti creditoribus, et eorum, qui potior... partem tertiam tantum, donec eis, ut dictum est, satisfactum fuerit de iis, quæ a Communi Tiburis petere, et habere de jure possint, et debeant. Secundo tertiam partem dd. mille librarum dd. Creditoribus, ut dictum est, solvent ad formam tractatus et deliberationis populi, ac generatim juxta formam tractatus, deliberatione........ idem Commune Tiburis..... prædicti Senator, et Scinticus Urbis nomine, et pro parte Communis, et Universitatis Urbis (pag. 2.) fecerunt pactum, convenerunt, et promiserunt eidem Scintico Tiburis nomine, et pro parte Communis Tiburis legitime stipulanti, quod ipsius in munere, dignitate, et officio successores, alii Officiales, et Commune, et Senatus Urbis non poterint, nec cogent a Scintico Tiburis, nomine, et pro parte Communis Tiburis, nec ab ipso Communi, seu hominibus Tiburis duas partes dictarum annualium mille librarum, quæ capiunt summam octo millium librarum provisinorum Senatus, et quamlibet quantitatem perdentibus, et damnificatis, seu eorum Scintico nomine, et pro parte eorumdem de mandato dd. Senatoris, et Scintici, vel ab ipso Scintico Communis Tiburis permissis, nec petent, nec exigent ab eisdem Officialibus, seu eorum successoribus, nec a Commune Tiburis illam tertiam partem earumdem annualium mille librarum, quæ debent d. D. Joanni Oddolino, seu ab eo cessionem, seu causam habentibus ex obligatione, quam Commune Tiburis ei tenetur, et ex provisione, et divisione in d. tractatu tempore Senatus D. Emanuelis de Madio factis contingunt, et quatenus ipse Senator, et Scinticus Urbis ipsi Communi, et Scintico Tiburis apud se retinere permiserunt, nec aliam quantitatem pecuniæ in fraude dd....... ab ipsis exigent, nec ipsum Commune, Scinticum, et homines Tiburis ad solvendum d. quantitatem d. D. Io: Oddolino, seu ab eo cessionem, vel causam habentes præfato tractatui, et deliberationi Populi, ut dictum est, requiescant refutare, et quae, et cetera juxta formam, et tractatum prædictum, ut supradictum est, fecerunt. Item convenit, et promisit dictus Scinticus Urbis nomine, et pro patre Urbis prædicto Scintico Communis Tiburis nomine, et pro parte ipsius communis legitime stipulanti d. Commune, Ecclesias, et alia pia loca, et singulos homines Tiburis defendere, et conservare in eorum juribus, et bono statu. Convenit, et promisit d. Scinticus Urbis nomine, et pro parte Communis Urbis præfato Communi Tiburis nomine, et pro parte d. Communis Tiburis, et hominum ab eo legitime stipulanti conservare ipsum Commune, et singulos homines Tiburis indemnes a per-

a perdentibus, et damna, et offensas, et injurias passis, et a d. D. Jo. Oddolino, et d. Gregorio Fragiapane, et ab omnibus, et singulis ab eis cessionem, et causam habentibus, salvis iis, que supra dissolvuntur, et retentionibus dd. quantitatum pecuniæ d. Item convenit præterea, et promisit præfato Scintico Urbis nomine, et pro parte Urbis præfato Scintico Tiburis nomine, et pro parte Tiburis Communis ipsius legitime stipulantis, quod ipse, et alius quilibet futurus Scinticus nomine Communis Urbis, et præsentes, et futuri Senatores per se, vel per alias personas non molestabunt d. Commune Tiburis, et non petent, nec exigent ab eo, seu a suis Officialibus aliquas, vel aliquam quantitatem pecuniæ pro personis.... a tempore inceptæ guerræ usque nunc de dictis annualibus mille libris provisinorum Senatus, et aliam quamlibet pecuniarum quantitatem, et quanta esset, et ad cauthelam, et abundantiam dictus Scinticus, et Scinticus Urbis nomine, et pro parte Urbis absolverunt, et liberarunt i lem Commune Tiburis, et homines ab prestatione, et solutione pro præteritis annis ut dictum est, licet mille librarum provisinorum solvendi obligati fuerunt utpote vim ... fuerit in præd. remissiones, relaxationes..... præmissa alia suprascripta, præd. Scinticus Urbis nomine, et pro parte singulorum, et specialium hominum Urbis præfato Scintico Communis, et Universitatis Tiburis ... ipsius Communis, et Universitatis, et singulorum, seu specialium hominum Tiburis quod ex converso, ut dictum est, d. Scinticus Tiburis, et pro parte ipsius Communis Tiburis dedit, et transtulit, et concessit eidem Scintico Urbis nomine, et pro parte Urbis recipienti, et ipsum Scinticum, et in rectoriam, seu acquidamentum Tiburis, et cætera suprad., et pro eo insuper d. Scinticus Tiburis nomine ipsius Communis Tiburis presentialiter solvere Laur. Scintico Urbis nomine, et pro parte Urbis mille quatrigentas libras provisinorum Senatus. Idem Scinticus Urbis bene se contentum vocavit nomine Urbis, et per Urbem exceptioni non numeratæ pecuniæ, et spei numerationis futuræ, doli, et in factum nomine suo, et nomine, et pro parte ipsius Tiburis Communis etc. præfato Scintico nomine Urbis præd. rectoriam, ut dictum est, transtulit dictioni, et Jurisdictioni Romanorum se nomine d. Communis subscribens, et submittens, et d. mille libras ipsis .... ut dictum est, solvere Scintico Urbis promisit, quia d. Scinticus Urbis nomine Urbis suprascriptas remissionis, relaxationis, et renuntiationis, et refutationis, cartas, et alia scripta (fol. 6.) eidem Scintico Communis Tiburis nomine dicti Communis Tiburis omnia suprascripta fecit, et adimplevit adhuc præfatus Scinticus Communis, et Universitatis Urbis nomine Communis, et Universitatis ejusdem ex una parte, et Scinticus Tiburis nomine, et pro parte Com munis, et Universitatis Tiburis promiserunt, et convenerunt invicem, et vicissim inter se legitime stipulantes omnia, et singula præfata, et per dictorum quemlibet firmiter, et illibate, et sine diminutione aliqua observare, et non alias Jure, vel injuria facere sub poena centum Marcarum argenti, qua soluta, nihilominus præd. omnia, et infrascripta, et eorum quælibet rata firma, et inviolata habere promiserunt. Demum ad majorem cauthelam, et firmitatem præfatus Laurentius Scinticus Communis Urbis pro anima sua, et nomine, et pro parte d. Communis in anima Consilii Populi Communis, et hominum Urbis, et commissione, et potestate, et parabula sibi ab eis datis, et factis ex una parte, et præfatus Rainaldus Scinticus Communis Tiburis

buris pro se in anima sua, et nomine, et pro parte, in anima Consilii Communis, et Populi, et hominum Tiburis ex permissione, potestate, et parabula d. Communis ab eis datis, et factis, tactis corporaliter Sacrosantis Evangeliis jurarunt, quod ipsi Scintici, et Communia, et homines dd. Communium Urbis, et Tiburis omnia, et singula præfata, et eorum quodlibet integre, et illibate conservabunt, et contra aliqua in Jure, vel in rem non facient.

Dñus Jacobus Fragiapane	*Testis*
Dñus Gratianus	*Testis*
Johannes Astalli	*Testis*
Dñus Stephanus	*Testis*
Dñus Bernardinus	*Testis*
Dñus Jo. Petri Jud. C.	*Testis*
Nicolaus Sanctorum XL. Scriniarius	*Testis*
Jo. Tome Scriniarius	*Testis*
Guerinus Scriniarius	*Testis*

Ego *Jo. Petrus Gualterius* Dei gratia S. R. E. Scriniarius, et nunc Not. Palatin. prædictis omnibus interfui, et Instrumentum legitime scripsi, et publicavi.

Ego *Stephanus Paparone*, qui supra Judex Palatinus huic instrumento quia præsens fui, decreto, et conscientia me subscribo.

Ego *Guerririus Scriniarius* testis, quia præsens supradictis interfui ideo me subscribo.

Ego *Jo. Tome* Testis, quia præsens fui suprascriptis, ideo me subscribo.

Scripta, et exemplata sunt presentia Capitula, et Instrumenta inter Romanum Populum, et Populum Tiburtinum per me *Bartholomeum Jacobi Sebastiani* publicum Dei gratia Notarium de Tibure, sub anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono Ind. ii. Mensis Augusti die septima.

N. V.

Martino IV., eletto Senatore dal Popolo Romano, dopo aver deputato interinamente per Rettore del Senatorato *Filippo de la Vena*, scrive al *Re Carlo d'Angiò*, dandogli notizia di tutto ciò, che si era fatto dal detto Popolo, e nel temqo stesso lo elegge Senatore, derogando alla costituzione di *Niccolò III.* di non potersi eleggere per Senatori, Re, Principi Reali etc.

Martinus Episcopus Servus Servorum Dei carissimo in Christo Filio nostro Carolo Regi Siciliae illustri, Senatori Urbis etc.

Pater futuri seculi, Princeps pacis, qui, nos licet judicio nostræ humilitatis indignos, vocari ad sui Vicariatus officium sua inscrutabili dignatione concessit, nostris infudit affectibus, ut ab huiusmodi vocationis exordio, ponentes quasi viarum nostrarum principium bonum pacis, in S. Matris Ecclesiae filios totis nitibus illius niteremur fluenta diffundere, diffusaque continuis favoribus irrigando favere. Hoc nobis circa magnificum, et peculiarem Urbis Populum specialis suggessit affectio, sgecialiter nobis illius imminens cura suasit. Id enim exigebat ejusdem Urbis intestina turbatio, animarum pericula inge-

ingerens, et rerum vastitatem inducens. Ad idem urgebat instantius nostra devotio, interpellans multipliciter, et istigans, ut in illius videlicet Apostolorum Principis veneranda Basilica successor ipsius munus consecrationis reverenter acciperet, cujus Divina disposition e onus Successionis accepit; in ea Civitate sumeret idem Successor Apostolici honoris insignia, ex qua titulum suae denominationis assumit, Romanus Pontifex, seu Papa vocatus. Hinc, ut saluti tam spiritualium filiorum provisio paterna succurreret, damnis occurreret, et tantae ipsius nostrae devotionis instantiæ desiderata satisfactio proveniret, nostrae consecrationis, et coronationis solemnia non sine multorum persuasione contraria, non absque negotiorum nobis imminentium, et ad retardatae ipsorum expeditionis accelerationem instantium impedimento, distulimus ad Urbem eamdem, *Venerabili fratri L. Ostiensi Episcopo*, et *dilecto filio nostro G. Sancti Georgii ad Velum aureum Diacono Cardinali*, velut Angelis pacis, destinatis, ut inibi reformando statum pacificum, sopirent odia, concordarent corda discordia, et in unitate caritatis uniret, nobisque adeundi Urbem eamdem ad prosequenda præsertim eadem solemnia, opportunitatem Curiae nostrae ipsamque sequentibus necessariam præpararent. Quibus diligenter sollicitudini eis commissæ vacantibus, licet in illius executione ipsis non solum principalium Partium aperta discordia, verum etiam dissensiones particulares, quae inimico homine superseminante zizania quotidie multiplicabantur, obsisterent, tandem faciente, ut credulitas devota supponit, pacis auctore, illa sola via remedii ad obtinendam ipsius Urbis tranquillitatem, quum per hoc spes verisimilis promittebat, et eventus exsolvit, huc usque praeter intentionem mittentis occurrit, ut nobis regimen Urbis committeretur ejusdem. Sed quia occurrentibus demum ad id votis partium, et populi prædictorum, Constitutio felicis recordationis *Nicolai Papæ* prædecessoris nostri de Imperatoribus, Regibus, Principibus, Marchionibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, vel alicujus notabilis præeminentiæ, potentiæ, potestatis, excellentiæ, vel dignitatis existerent, aut fratribus filiis, seu nepotibus eorumdem, quovis modo, vel colore tam per se, quam per aliam personam quomodolibet submittendam, in Senatorem, Capitaneum, Patricium, aut Rectorem, vel ad ejusdem Urbis regimen, seu officium non nominandis, sub certa forma, et poenis edita, ne ad id procederetur, putabatur obstare: Nos tantis eiusdem Populi periculis obviare volentes omne impedimentum, sive obstaculum, si quod circa hoc ex eadem constitutione quomodolibet occurrebat, ea vice de potestatis plenitudine duximus submovendam. Sicque postmodum, sepefato Urbis Populo ad sonum Campanæ, voceque præconum, ut moris est, ante palatium Capitolii publice congregato, *dilecti filii nobiles viri Petrus de Comite, et Gentilis de Filiis Ursi tunc Senatores Urbis, ordinati ab ipso Romano Populo Electores*, ex auctoritate ac potestate, super hoc eis ab eodem Populo Romano concessa, invocata Spiritus Sancti gratia, nobis ut eorum verba sequamur, non ratione Papatus, vel Pontificalis dignitatis, sed ratione personæ nostræ unanimiter, et concorditer transtulerunt, et plenarie commiserunt regimen Senatus Urbis, ejusque territorii, et districtus, toto tempore vitæ nostræ, ac dederunt nobis plenam, et liberam potestatem regendi toto tempore vitæ nostræ Urbem, ejusque territorium, et districtum per nos, vel per alium, seu alios et eligendi, instituendi seu ponendi Senatorem vel Senatores unum, vel plures ad tempus, seu tempora, et ad salarium, secundum formam, et modum, prout nobis placeret: nec

necnon dederunt, transtulerunt, et plenarie commiserunt nobis plenam, et liberam potestatem disponendi, et ordinandi per nos, vel per alium, seu alios de regimine predictorum Urbis, territorii, et districtus, prout hoc, et alia in nos ab eodem Populo Romano translata, nobisque commissa, et data in Instrumento publico super hoc per manus *Stephani Joannis Guidonis Ecclesiæ Romanæ judicis, et Scriniarii, Senatusque scribæ* confecto, Sigillo ipsius Urbis sigillato plenius continetur, cujus tenorem fecimus ad perpetuam rei memoriam presentibus annotari, de eadem potestatis plenitudine decernentes, tenorem ipsum, etiamsi prædictum originale instrumentum contingeret deperire, per omnia eamdem vim, et potestatem habere; necnon et eamdem probationem facere, quam prædictum originale haberet, et faceret, si non corruptum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum, sed totaliter integrum, et solemne in propria sui facie appareret. Tenor autem ejusdem instrumenti talis est.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen. Anno MCCLXXXI. tempore Domini Martini Papae quarti, die Lunæ X. Martii, nonæ Indictionis. In præsentia mei *Stephani Scribæ Sunatus*, et horum testium, ad hoc specialiter vocatorum, et rogatorum, congregato magnifico Populo Romano ante palatium Capitolii publice ad sonum Campanæ, et voce præconum, ut moris est, de mandato *nobilium virorum Dominorum Petri de Comite, et Gentilis de filiis Ursi*; qui *Gentilis de filiis Ursi, et Petrus de Comite Senatores, Electores ordinati a magnifico Populo Romano*, ex auctoritate, et potestate eis super hoc a præfato Populo Romano concessa attendentes sanctitatem, prudentiam, et bonitatem sanctissimi Patris nostri Domini *Martini Papæ quarti*, et dilectionem, quam idem Dominus Papa habet ad Romanam Urbem, et Romanum Populum, et sperantes, quod per ipsius sapientiam, et probitatem expertam, bono statui Urbis, et Populi Romani salubriter poterit Divina favente gratia provideri, invocata Spiritus Sancti gratia, præfato *D. Martino Papæ quarto* non ratione Papatus, vel pontificalis dignitatis, sed ratione suæ personæ, quæ de nobili prosapia traxit originem, unanimiter, et concorditer transtulerunt, et plenarie commiserunt regimen Senatus Urbis, ejusque territorii, et districtus toto tempore vitæ suæ, et dederunt sibi plenam, et liberam potestatem regendi toto tempore vitæ suæ Urbem, ejusque territorium, et districtum per se, vel per alium, seu alios, et eligendi, instituendi, seu ponendi Senatorem, vel Senatores, unum vel plures ad tempus, seu tempora, et ad salarium secundum formam, et modum, prout sibi placebit, nec non dederunt, transtulerunt, et plenarie commiserunt dicto *Domino Papæ Martino* plenam, et liberam potestatem disponendi, et ordinandi per se, vel per alium, seu alios de regimine prædictorum Urbis, et territorii, et districtus, et insuper disponendi, seu ordinandi de proventibus, fructibus seu spectantibus ad Urbem eamdem, seu ad commune Populi Romani, prout de ipsius Domini Papæ processerit voluntate, mutandi etiam Senatores in Urbe, et alios substituendi seu subrogandi quandocumque voluerit, et limitandi modum regiminis ipsorum, ac insuper convertendi præfatos fructus, seu obventiones in utilitatem, et meliorationem ipsius Urbis, et tam Senatori, vel Senatoribus, qui erunt pro tempore, quam aliis Urbis Officialibus, seu ministris de prædictis fructibus, ac proventibus, prout sibi placuerit providendi; faciendi quoque in præmissis omnibus, et singulis, et circa præmis-

missa pertinentia ad prædicta, quicquid de ipsius *Domini Martini Papæ* processerit voluntate, toto tempore vitæ suæ; et contradictores, et rebelles, seu non parentes poenis, modis, mulctis, et viis per se, vel per alium, quibus sibi placuerit, puniendi. Voluerunt quoque prædicti Electores, quod per prædicta, vel aliquid prædictorum in nullo diminuatur, seu crescat jus Populi Romani, seu Ecclesiæ Romanæ in electione Senatus Urbis, transacto tempore vitæ ipsius *D. Papæ Martini*, sed jus suum permaneat ex tunc integrum cuilibet, et illæsum. Quibus concorditer, et unanimiter celebratis per Electores jam dictos, ipsi Electores praedicta omnia, et ipsam electionem, et omnia et singula supradicta, recitaverunt ipsi Populo, et solemniter publicaverunt, et idem Populus omnia, et singula supradicta acceptavit, et confirmavit expresse. Actum, et predicatum in prædicto Populo præsentibus *D. Angelo Malabranca, D. Petro Bulgamino, D. Paulo Bartholomei, D. Thomasio, olim de Vera, et nunc Cive Romano, D. Angelo Dompnico, D. Petro Paparonis, D. Iacobo Ilperino, D. Fr. Ioanne Odonis Mainardi Iudice, D. Petro Rodulphi, et Ioanne Dompzellocti Notario, testibus ad hoc vocatis, et rogatis. Ego Stephanus Ioannis Guidonis S. R. E. Iudex, et Scriniarius, et nunc Scriba Senatus* prædictis omnibus interfui, scripsi, et publicavi rogatus, de mandato, et auctoritate dictorum dominorum, et Populi supradicti in anno, indictione, mense, et die prædictis.

Sane hujusmodi electione, translatione, commissione, potestatis datione, nobis per solemnes Ambassatores, et legitimos Syndicos in Consistorio presentata publico; circa præstandum, vel non præstandum illis assensum, deliberationis nostræ judicium diversæ circumstantiæ alternabant. Hinc etenim occurrebat, per hoc non esse adiiciendum innumeris, et immensis oneribus, quae officii sollicitudo Pastoralis indicit. Allegabat illinc paternus affectus, tam carissimos filios in adeo periculis animarum, et corporum a spirituale Patre non sic deserendos atrociter, sed ab illis pie potius eruendos: cum etiam censura legalis id habeat, ut potestas patria in pietate, non in atrocitate consistat. Vicit itaque in Scrutinio deliberationis hujusmodi eorumdem prædilectorum caritas filiorum, nosque nostris adjicientes laboribus, ut eorum discrimina vitarentur, electioni, translationi, commissioni, et potestatis dationi prædictis consensum præstitimus cum multa instantia postulatum. Ut igitur quod Divinæ retributionis obtentu, et ipsius intuitu Populi tantummodo cepimus, ad ejusdem utilitatem evidentius prosequamur, quamquam ad eamdem Urbem dilectum filium *nobilem Virum Philippum de Lavena, ne interim Rectoris cura careret, ad Senatoris officium exercendum ad tempus duxerimus destinandum*; deliberavimus tamen illum eidem Urbi Senatorem concedere, qui ejusdem nobis carissimi Populi opportunitatibus, et præcipue circa tranquillitatem, quam non est dubium in quietem totius adjacentis patriæ redundare; necnon et circa ubertatem necessariorum, ob cujus defectum eumdem Populum querulum frequenter audivimus, sufficeret providere. Proinde ad personam tuam fili carissime, quam novimus ex Christianissimo genere processisse, Domino, et Ecclesiæ Romanæ devotam, ipsius zelare statum prosperum, et honorem, dictæque Urbi fuisse, ac fore perutilem, quamque non solum fama, sed et recentis facti evidentia perhibet, eumdem Populum diutius tam in præmissis rexisse feliciter, quam in aliis etiam prospere gubernasse, præmissæ deliberationis exitum dirigentes, ex potesta-

testate, nobis ab eodem Populo tradita, te Urbis ipsius elegimus, instituimus et posuimus Senatorem, committentes tibi Regimen Senatus Urbis ejusdem totiusque sui territorii, et districtus, et cætera omnia, quæ in nos ab eodem Populo translata, nobisque commissa, concessa, seu data, Instrumenti prædicti serie continentur, teque insuper substituentes in illis omnibus loco nostri, electionem, institutionem, positionem, commissionem, et substitutionem hujusmodi, praedicta nostra constitutione nequaquam obstante, durare toto tempore vitae nostrae, nisi ea expresse per literas, facientes de praedictis omnibus, et singulis plenam, et expressam ac de verbo ad verbum singulariter mentionem, duxerimus revocandam. Ut autem per omnia circa praemissa plenius sit provisum, volumus, et Apostolica nihilominus auctoritate decernimus, ut pro eo quod per te, vel per alios, geras Senatoriam, seu Regimen supradictum, nequaquam contra conditiones contentas in Instrumento, seu literis confectis de collatione Regni Siciliae, ac totius terrae, quae est citra Pharum usque ad confinia terrarum Ecclesiae Romanae, Civitate Beneventana cum suo territorio, districtibus, et pertinentiis excepta, tibi facta Sedis Apostolicae auctoritate per eumdem Praedecessorem nostrum, *tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum, et bonae memoriae A. Basilicae XII. Apostolorum Presbyterum, R. Sancti Angeli Diaconum, et dilectum filium nostrum I. S. Mariae in Cosmedin Diaconum Cardinalem* venisse in aliquo censearis, aut poenas in eisdem conditionibus expressas, vel earum aliquam incurrisse, nec juramentum super eisdem conditionibus plenariè adimplendis, et inviolabiliter observandis, a te prestitum, aliquatenus violasse; nec quamdiu deinceps eamdem Senatoriam, seu regimen Urbis geres, toto tempore, ad hoc, ut praemittitur, tibi concesso, contra conditiones easdem quoquo modo venire, aut praefatum juramentum, vel illud quod super eisdem conditionibus observandis, et inviolabiliter adimplendis, et nobis secundum conditiones easdem in proximo es nobis praestaturus, propterea violare, nec ipsum iuramentum a te praestitum, vel praestandum, aliquod impedimentum afferre, quominus toto praemisso tempore Senatoriam, seu regimen Urbis, a nobis tibi commissum, libere per te, vel per alium valeas exercere. Nulli ergo electionis institutionis, positionis, commissionis, substitutionis, et costitutionis etc. Datum etc.

N. VI.

Concordia tra *Innocenzo VII.*, ed il *Senato Romano* a i 27. ottobre 1404., inseritivi anco i Capitoli di altra Concordia, fatta con *Bonifacio IX.* a di 8. agosto 1393., negli Annali Ecclesiastici dal *Rainaldi* in parte pubblicata, ed intieramente dappresso l'opera *del Senato Romano* dal *Conte Antonio Vendettini*.

Bulla Concordiae, initae inter PP. Innocentium VII., et Populum Romanum propter reditum dicti Innocentii ad Urbem (1).

In nomine Sanctae, et individuae Trinitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen, et in honorem Beatae, semperque gloriosae Virginis Mariae, et

(1) *Ex libro ultimo Bullarum Bonifacii IX., et primo Innocentii VII. fol.* 82.

et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum, et omnium Sanctorum, et Sanctarum coelestis Curiae, ac exaltationem Status Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, ac SSmi in Christo Patris, et Domini Nostri *D. Innocentii Divina Providentia Papae VII.*, et Successorum eius canonice intrantium, ac tranquillitatem pacificam Almae Urbis, et omnium praefatae Ecclesiae Fidelium.

Noverint universi, et singuli, presentium scripta inspecturi, quatenus in Christo Pater, et Dominus Noster *D. Innocentius Divina Providentia Papa VII.* praedictus in speculum suae considerationis extollens *tumultuantis Romani Populi post obitum felicis recordationis D. Bonifatii Papae IX.* predecessoris sui, in Alma Urbe prefata motus pestiferos, ac malignos, et petitiones factas pro parte nonnullorum ex dicto Populo post obitum prefati Pontificis Collegio Reverendissimorum Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc existebat. Et deinde post assumptionem suam ad apicem summi Apostolatus eiusdem Sanctitatis, et cupiens, ut in prefata Urbe (in qua Divinitas esse voluit utriusque tam spiritualis, quam temporalis Dominii monarchiam) pacis tranquillitas vigeat, et discordiae fomenta depereant, benigne, ac personaliter volens agere, ac misericorditer cum omnibus, qui tumultum, et ipsum causantia excitare, et attentare damnabiliter presumpserunt: et supplicationibus prefati Populi pro ipsius tranquillitate annuere: sperans quod exinde in devotione, fidelitate, et obedientia Romanae Ecclesiae, ac D. N. PP. prefati, et Successorum suorum canonice intrantium constantissime, et fidelissime permanebunt: *ac contemplatione Charissimi in Christo Filii ejusdem Sanctitatis, et Ecclesiae, D. Ladislai Regis Hyerusalem, et Siciliae Illustris, in prefata Urbe existentis, sic et super haec efficacissime intercedentis, ut cessarent pericula, et horrenda emersura discrimina ad infrascripta omnia, et singula concedenda descendit*, salvis tamen semper, et reservatis Romanae Ecclesiae, et D. N. et Successoribus praedictis omnibus, et singulis iuribus, iurisdictionibus, honoribus, et praeheminentiis tam spiritualibus, quam temporalibus, et aliis quibuscumque iure, modo, actione, vel forma competentibus, et competituris in Urbe praefata, eiusque comitatu, territorio, et districtu, Romanae Ecclesiae, Domino Nostro, et successoribus antedictis, vel eorum alicui quovis modo; ita quod per infrascripta huiusmodi iuribus, iurisdictionibus, praeheminentiis, dignitatibus, in nullo intelligatur praeiudicium in aliis quomodolibet generare, nisi dumtaxat quoad concessa, et indulta ad presens per ipsum Dominum Nostrum, iuxta, et secundum formam presentium Capitulorum inferius contentorum, et aliter vel alio modo non.

In primis quidem concessit, et voluit praedictus D. N. ad supplicationem huiusmodi, quod *Senator prefatae Urbis ordinari, eligi, et deputari debeat semper, ac possit per SSmum in Christo Patrem, et D. N. Dominum Innocentium Papam VII. supradictum, et eius Successores canonice intrantes de tempore in tempus, et habeat, et habere intelligatur omnimodam iurisdictionem, quam alii Senatores, qui antiquitus fuerunt pro tempore, et exercuerunt, seu exercere* poterunt secundum formam Statutorum, et Ordinamentorum praefatae Urbis (praeterquod in factis, et negotiis, statum praefati D. N. et Ecclesiae, et Successorum huiusmodi, ac Romani Populi, seu crimen lesae maiestatis concernentibus), in quibus, et eorum quolibet idem *Senator* habeat, et habere intelligatur arbitrium, prout in tempore felicis recordationis *Boni-*

facii Papae IX. Senatores, qui fuerunt pro tempore, habuerunt, seu exercere quomodolibet poterunt. Et quod finito officio suo *quilibet Senator, qui erit pro tempore, sindicetur cum suis Officialibus, et familia* iuxta exigentiam Statutorum praefatae Urbis.

Item concessit, et voluit, quod de caetero *eligantur, et eligi debeant septem Officiales praefatae Urbis* secundum formam antiquam Statutorum eiusdem Urbis, *qui nominentur, et appellari debeant Gubernatores Camerae Almae Urbis.* Qui quidem septem Officiales SSmo D. N., et Successoribus Romanae Ecclesiae, et Populo Romano praefatis fideles, atque idonei cum officio, potestate, et iurisdictione infrascriptis eligantur, et eligi debeant, in presentia Senatoris praefatae Urbis, qui erit pro tempore, vel alterius, cui idem D. N. aut Successores committent, aut mandabunt ordine successivo. Predicta tamen non vendicent sibi locum in presentibus Officialibus, qui ad presens in dicti D. N. presentia eligi debeant, et in eius manibus prestare in forma debita iuramentum.

Item, quod praefati Officiales tam presentes, quam futuri jurent, et jurare teneantur, et debeant in manibus praefati Senatoris, vel alterius, cui idem D. N. aut Successores duxerit, aut duxerint committere, de eorum officiis bene, et legaliter exercendis ad honorem, et Statum D. N. et Successorum, Romanae Ecclesiae, et Rom. Pop. predictorum, et alias fidelitatis praestare in forma solita, et consueta iuramentum.

Item, quod proximo futuro Trimestri, incipiendo a die quo infrascripti Officiales suum prestiterint in manibus prefati D. N. vel alterius, cui duxerit committendum, in forma debita juramentum, esse, et sic intelligantur, una cum tribus aliis Civibus Romanis eligendis, et deputand. per ipsum D. N. seu per *Serenissimum D. Ladislaum Regem Hierusalem, et Siciliae Illustrem*, qui quidem Officiales sic electi, et deputati numero decem, ut supra prefertur, vocentur, et nominentur *Gubernatores Camerae Almae Urbis*, et sic etiam qui futuris temporibus eligentur, debeant appellari. Officium tam presentium, quam futurorum duret, et durare debeat spatio duorum mensium, et non ultra, et habeant, et habere intelligantur hujusmodi Officiales, et Gubernatores Camerae tam presentes, quam futuri facultatem, et officium dumtaxat exigendi, percipiendi, nec non expendendi, et vertendi pro evidenti necessitate, et utilitate Pop. Rom. omnes, et singulos fructus, reditus, et proventus, et jura quaecumq. . . . . qui, et quae ad predictam Cameram quomodolibet pertinerent, seu spectarent, et negotia dictae Camerae tantum gerere, et administrare; et quod *de proventibus, fructibus, et reditibus dictae Camerae possint, teneantur, et debeant solvere, et satisfacere cum effectu temporibus debitis, et ordinatis (per formam statutorum, et ordinamentorum praefatae Urbis) de salariis, provisionibus, muneribus, et gagiis, et emolumentis debitis, et consuetis Senatori praefatae Urbis, et ejus Officialibus, qui erunt de tempore in tempus*, omni contradictione, et receptione remotis.

Nomina vero dictorum decem Officialium Gubernatorum Camerae Urbis, quos praefatus D. N. nominavit, et elegit, sunt, videlicet

Lellus Alexii de Ciuciis — de Regione Arenulae)
D. Gualterius D. Thadei — de Regione Pineae)
Petrus Battaglerii de Tedallinis — de Regione Columnae)

Nar-

Nardus Speciarius	de Regione Pontis	) Guberna-
Diot'ajuti	de Regione Trivii	) tores Cam-
Petrus Mariucii	de Regione Montium	) merae Al-
Jo: de Bulgaris	de Regione S. Angeli	) mae Urbis
Petrus Tartarus	de Regione Parionis	)
Catagna de Calvis	de Regione S. Eustachii	)
Jo: Gufrè	de Regione Transtyberim	)

Item statuit, ordinavit, et voluit suprascriptus D. N., quod nullus ex dictis Officialibus, et Gubernatoribus Camerae presentibus, et futuris, aut alius quicumque *Officialis*, *Rector*, vel *Magistratus* praefatae *Urbis* quocumque nomine, vel officio fungeretur, vel potestate, possint, audeant, vel presumant per se, vel alios conjunctim, vel divisim quomodocumque, vel alitercumque directe, vel indirecte publice, vel occulte, aut quovis quaesito colore se intromittere de, aut super aliquibus aliis civilibus, vel criminalibus, vel mixtis negotiis, causis, vel rebus, seu administrationibus, nisi dumtaxat pro iis, quae immediate spectarent, vel pertinerent de jure ad Cameram praefatae Urbis, et non aliter, aut alio quovis modo; et si secus, vel aliter foret, ipso jure sit nullum, et nihilominus quilibet contrafaciens, incidat eo ipso in sententiam excommunicationis, quam excommunicationem prout ex tunc in contrafacientem auctoritate Apostolica tenore presentium protulit, et voluit, ac decrevit, quod ab hujusmodi excommunicationis sententia nullus preterquod a Romano Pontifice nisi in mortis articulo dumtaxat possit absolutionis beneficium obtinere; necnon in poenam mille florenorum auri de Camera pro quolibet, et vice qualibet, qua contrafactum extiterit, auferendorum, et Apostolicae Camerae applicandorum eo ipso. Predicta tamen non vindicent sibi locum in Senatore praefatae Urbis, et ejus Officialibus, qui jurisdictionem habeant, et arbitrium, prout superius in presenti capitulo continetur.

Item voluit, reservavit, et inhibuit districtius praefatus D. N. expresse, quod Romanus Populus, et Officiales praefatae Urbis presentes, et futuri quocumque arbitrio, vel officio fungerentur, non possint, vel debeant per se, vel alios directe, vel indirecte aliquam aliam gubernationem, gestionem, administrationem, jurisdictionem, praeheminentiam, potestatem, vel facultatem committere, concedere, delegare, vel subdelegare aliquibus personis, Collegiis, seu Universitatibus, vel Dominis, nisi dumtaxat de aut super negotiis prefatae Camerae, et aliter, vel alio quovis modo sub poenis, et censuris tam spiritualibus, quam temporalibus in precedentibus capitulis denotatis, in quas quemlibet contrafacientem incurrere voluit eo ipso; et nihilominus secus, aut aliter facta non teneant ipso jure.

Item, quod prefati *Officiales*, et *Gubernatores Camerae*, nec non *Camerarii*, *Notarii*, *Scriptores*, *Doganerii*, et alii quicumque *Officiales* tam *Camerae*, quam *Urbis* predictarum sindicentur, et sindicari debeant in fine eorum officii de gestis, et administratis, ac neglectis, et omissis secundum formam statutorum, et ordinamentorum prefatae urbis de sindicandis Officialibus disponentium, per duos Sindicatores idoneos, et fideles Cives Romanos, quorum unum prefatus D. N. vel Successores, alterum Officiales prefatae urbis eligere debeant de tempore in tempus, cum officio, potestateque, honoribus, muneribus, et oneribus, Sindicatoribus concessis per formam hujusmodi statutorum.

Item

Item voluit, et expresse reservavit, et ordinavit præfatus D. N., quod prædicti, et alii quicumque officiales tam *Capitolii*, seu *Cameræ*, *quam Urbis prædictæ*, et tam presentes, quam futuri, et quod in posterum deputarentur, seu hortarentur, quovis fungerentur officio, vel nomine aut arbitrio concessis, aut concedendis, quod quoscumque, et quavis auctoritate de jure, aut de facto, aut consuetudine, non possint, aut debeant quomodocumque, vel qualitercumque etiam vigore eorum vel alicujus eorum officiis, aut quovis quæsito colore directe, vel indirecte per se, vel alium, aut alios se impedire super, aut de aliqua re civili, criminali, vel mixta, vel alia quacumque contra aliquem, vel aliquos *Cortesanos*, *morantes in Urbe*, *aut Civitate Leonina*, *seu Transtyberim* inhabitantes, vel qualitercumque incolatum habentes, aut res, jura, vel bona ipsorum, vel alicujus eorum, seu nomine debitorum ubicumque existentia quomodolibet se impedire vel immiscere, aut aliquid agere ordinarie, vel extraordinarie cum promotore, vel sine, aut ex officio alicujus, vel alio quorum, seu alterius quocumque modo, jure, causa, vel forma: et simili modo non possint, nec debeant se impedire, vel intromittere de aliquo Cive Romano, in dicta *Civitate Leonina* habitante, vel commorante, aut de rebus, juribus, seu bonis eorum existentibus ubicumque prout de Cortesanis superius est expressum: adiiciens ex-nunc quoad premissa, authoritate Apostolica, et vigore pleni dominii præfatæ Urbis, quo fungitur prefatis, et aliis Officialibus quibuscumque jurisdictionem, cognitionem, et facultatem tam in cognoscendo, et procedendo, quam exequendo, et alio quocumque actu, quoad præmissa, et quolibet eorum dependen. et quod tanquam privati eo ipso haberi debeant, et censeri. Et si secus, vel aliter factum fuerit, eo ipso sit nullum, et nihil. Quilibet contrafaciens ipso facto incidat, et incidisse intelligatur vice qualibet in censuras, et poenas tam spirituales, quam temporales in precedentibus, et aliis sequentibus capitulis comprehensas. Voluit tamen, atque decrevit, quod tam *Cortesani*, quam alii, qui habitabunt in Urbe, in *Civitate Leonina*, et in *Regione Transtyberim* predictis, vel aliarum aliqua [tam in civilibus, et criminalibus, quam aliis quibuscumque causis, seu negotiis distringi, et conveniri possint coram *Auditore Cameræ Apostolicæ*, *seu Marescallo Romanæ Curiæ*, juxta, et secundum formam capitulorum, *Assisii* firmatorum, de quibus in Capitulo, quod incipit: *Quod Libertas Ecclesiastica*.

Item voluit, et reservavit expresse prefatus D. N., quod tam ipse, quam Successores sui canonice intrantes, nec non *Domini Cardinales Camerarius D. N. Papæ*, *ac Magister Hospitii Apostolici*, *tam præsentes*, *quam futuri sint*, *et esse intelligantur exempti*, *liberi*, *et immunes a solutione*, *et præstatione omnium gabellarum*, *pedagiorum*, *et onerum quomodocumque tam indictorum*, *quam indicendorum in posterum in dicta Urbe*, *ejusque Comitatu*, *Territorio*, *ac Districtu*, *tam per aquam*, *quam per terram*: item pro rebus, et bonis quibuslibet pro eorum, et ipsorum Familiae usu, et quod in exercitibus, et cavalcatis, vel aliis negotiis, qui, vel quæ in posterum fierent quocumque modo tam in Urbe, quam extra Urbem, et in quocumque loco per Romanum Populum, seu ejus Officiales, equi, et animalia ipsorum *Cortesanorum* non possint, vel debeant quocumque quæsito colore arrestari, capi, vel auferri, sed in eorum libertate conservent, et conservari debeant personis, rebus etc.

Item

Item quod libertas ecclesiastica, tam circa Sanctissimum D. N. Summum Pontificem, quam Reverendissimos Dominos S. R. E. Cardinales, quam alios quoscumque *Cortesanos* dudum ordinata tempore fel. rec. Domini *Bonifacii* Papæ IX. prædecessoris præfati D. N. et firmata cum nonnullis oneribus, seu Nunciis Romani Populi juxta, et secundum formam, et seriem infrascriptam conclusam in *Civitate Assisinen.* cujus tenor sequitur, et est talis.

In Nomine Domini Amen. Ad honorem, gloriam, et reverentiam Sanctissimæ Trinitatis, gloriosissimæ Virginis, Apostolorum Petri, et Pauli, et aliorum Apostolorum, totiusque Curiæ celestis, nec non Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. *Bonifacii* Divina Providentia Sacrosanctæ Romanæ, et Universalis Ecclesiæ Papæ IX. Si cunctos decet gratanter impendere, quod tendit ad commodum, honorem, statum, et consolamen utriusque essentiæ Populi orthodoxi, necnon annuere juridicis voluntatibus, et mandatis Superiorum, et aliorum; multo excellentius consuevit Romanus Populus, qui leges, et frena illis priscis temporipus prebuit universis, et alia sublimius edere, insuper observare, et potissime obedire filiali reverentia, et efficacissime annuere sincero corde, et animo justissimis voluntatibus, et mandatis præfati D. N. Papæ Patris spiritualis, Presulis, et Domini dictæ Urbis; ut Pater in Filio, ipse quoque in Patre preservet deitatem suam etiam in his infimis: et ex hoc provideatur salutibus animarum, dum ipse Christi Vicarius residet in Trono majestatis ipsius verae Sedis. Pro parte itaque ipsius Romani Populi, ejusque Officialium multiplicatis vocibus postulatum est, et supplicatum extitit ipsius Sanctitati ex causis rationabilibus, evidentibus, et necessariis, ut dignaretur Romam remeare (ipsius veram Sedem) cum ipsius Curia, solum pro ipsius salvedine, et suorum, et ad removenda multiplicia scandala, schismata, et errores. Quæ noscens affectionem filialem, et sinceram dictorum Populi, et Officialium, ac petita, et supplicata fore consona rationi, et propterea concedenda; incredibili, pioque affectu annuit ipse petitioni, et supplicationi, dummodo pro parte dictorum Populi, Officialium, et aliorum contentorum, et nominatorum in capitulis ipsius Sanctitatis infrascriptis, promittantur, concedantur, et fiant etiam cum effectu ea omnia, quae in ipsis continentur. Quorum copia sequitur in haec verba.

In Nomine Domini Amen. Cum *Officiales, et Populus Urbis pluribus, ac iteratis vicibus* preteritis temporibus, et presentibus humiliter *supplicaverint Sanctissimo in Christo Patri, et D. N. D. Bonifacio Divina Providentia Papae* IX. *pro reditu suae Sanctitatis, et Curiae* ad dictam Urbem, in qua est propria Sedes sua. Dictus vero D. Papa eorum devotas supplicationes attendens, et ut meliora perspiciat pro Ecclesia sua, ac ejus Sanctitate, et Curia, cum infrascriptis pactis, et conditionibus (absque quibus non posset in dicta Urbe honeste, et commode commorari) duxit benigniter annuendum, et primò quod dicti Officiales, et Populus Urbis mittant ad locum (prout pro ejus Sanctitate deputabitur) *solemnem ambassiatam cum supplicationibus sui reditus, et Curiae ad dictam Urbem, ac oblationibus honorabilibus*, ut in forma.

Item, quando dictus D. Papa erit ad reditum dispositus, quod pro *comitatu, et securitate ejus mittent mille equites bene munitos, et dictae Sanctitati confidentes*.

Item, quia propter varias, et multas expensas, quas tunc subire oportuit

tuit, ad presens indigeat ***pro suo reditu***, et aliis necessariis ***mutuabunt ejus Sanctitati decem mille florenos***.

Item, quod fiat Consilium centum ad minus bonorum virorum electorum pro rata de qualibet regione privatum, et generale una cum *Officialibus Capita regionibus*, et *Imbussolatoribus*, ut moris est, qui tractent ac deliberent nomine totius Populi (a quo per prius circa haec potestatem habeant) et per viam contractus promittant *D. S. Cardinali Tudertin.*, ac *D. I. Dei gratia Abbati Monasterii Sancti Pauli de dicta Urbe*, et in *dicta Urbe Vicario* dicti D. N. Papae, in personam Sanctitatis Suae, et pro ea legitime stipulentur, ac cuilibet eorum in solidum si alter eorum non posset commode interesse; quilibet tactis sacrosantis Scripturis propriis eorum manibus jurent, ac sigillis Officialatus, et Populi sigillent singula infrascripta; nec non pro majori observatione, et cautela ipsorum, eorum quilibet se ad poenam mille florenorum applicandorum Camerae D. N. Papae. Et primo praedictus D. Papa Bonifacius possit si velit ponere Senatorem in dicta Urbe juxta ritum suorum Praedecessorum Romanorum Pontificum cum salario Camerae dictae Urbis hactenus consueto. Et in casu quo nollet, quod *Conservatores*, qui pro tempore erunt in principio sui officii in manibus suae Sanctitatis jurabunt, *Senatoris* officium, ut in forma, fideliter exercere.

Item, quod dictus *Senator deputatus per dictum D. Papam non possit in suo officio, et justitia impediri a Banderesibus, et quatuor seu aliis Officialibus dictae Urbis*. Item quod nec *Marescalli Senatoris* praedicti, seu *Conservatorum Senatoris officium exercentium possint tollere arma Cortesanis*, *Clericis*, et *Laicis*, ac *Romanis Clericis*, *deferentibus ea*, nisi aliud de sua precesserit voluntate. Item quod ambas *Stratas* versus *Reate*, et *Narniam*, vel ad minus unam eorum propriis sumptibus tenebunt tutas, seu tutam, ita quod liber aditus possit haberi a venientibus ad Urbem. Item quod tempore, quo navigari poterit, teneant pro securitate Maris, pro venientibus, et grasceriis ad dictam Urbem unam Galeam armatam cum augumento *gabellarum Ripae*, et *Ripettae*, et lucris dictae *Galeae*.

Item, quod *Cortesani* tam *Clerici*, quam *Laici*, et Clerici Romani criminaliter, vel civiliter non trahantur nisi ad legitimum forum eorum, videlicet *Clerici Cortesani* coram *Auditore Camerae*, *Laici Cortesani* coram *Marescallo* dicti D. Papae, et *Romani Clerici* coram *Vicario* dicti D. Papae in Urbe, et aliis propriis eorum judicibus, et praesertim quod coram *Magistris aedificiorum* non vexentur, et conveniantur, cum saepius eos in praeteritum indebite, et de facto gravaverint cum modico honore D. Papae, et Curiae. Item quod supradicti *Cortesani* tam Clerici, quam Laici, et Clerici Romani sint immunes, et liberi a datiis, et collectis, et custodia dictae Urbis, et aliis oneribus, et praesertim quod contra exercitus, vel alio colore in equis, vel aliis eorum animalibus non graventur, quoad Officiales, et Populum supradictos, nisi aliud etiam ejusdem D. N. Papae praecesserit voluntate. Item quod Ecclesiae Urbis, Hospitalia, et alia pia Loca, ac bona ipsorum sint libera, et exempta quoad datia, et collectas, vel alia gravamina quantum ad eos, nisi ut supra. Item quod dictus D. Papa, et Domini Cardinales sint immunes, et liberi a gabellis per terram, et supra terram, ac aquam dictae Urbis pro usu eorum, super quibus credi debeat, quantum concernit ad D. Papam, Camerario suae Sanctitatis, quantum verò ad DD. Cardinales,

les, eorum cedulis sigillatis ipsorum propriis sigillis, vel Juramentis Camerariorum suorum.

Item quod Officiales, qui pro tempore erunt in dicta Urbe, quocumque nomine censeantur tempore eorum Officialatus, non petant, neque petere possint quocumque titulo bona, et res, mobilia, et immobilia dictarum Ecclesiarum Urbis, seu Hospitalium, vel aliorum piorum locorum. Et si contra fecerint, sindicentur juxta mandatum D. N. Papae, vel deputandorum per eum, et ubi ex importunitate petentium gratia fieret aliqua de prefatis, sit ipso jure nulla. Item quod *duo boni viri* deputentur super *grascia* ad annum, et sic successive: quorum unus per D. Papam predictum, et alius per dictos Officiales, et Populum eligantur, qui non permittant ascendere excessive *grasciam*, et alia blada, vinum, et carnem, et pisces, et alia comestibilia, prout eis videbitur expedire, cum potestate, si contrafecerint, eos coercendi, puniendi, et exequendi: quam ipsis dabit D. Papa præfatus; qui omnem bonam fidelitatem servabunt dicto D. Papæ, quam boni Filii, et Servitores eorum Patri, et Domino servare tenentur.

Quibus quidem capitulis, et contentis in eis, præsentatis, et consignatis pro parte dicti D. N. Papæ per virum nobilem, et scientificum *Magistrum Franciscum de Fano, Medicinae Doctorem, Civem Romanum, et Nuncium Apostolicum* Nobilibus Viris *Oddoni Cicchi domini Fulchi, Petro Sabæ Juliani, et Petro della Sassara Conservatoribus Cameræ Almæ Urbis Senatoris Officium exercentibus*, et administratoribus officii pacis, et guerræ dicti Romani Populi *Joanni Stephani Pachæ, Joanni Laurentii Paludetti Banderesibus, Blasio Tutii Nardi Matii, Jo. Cola Joannis Van ... Jo. Pireco, et Paulo Petri Micini, Consiliariis felicis Societatis Pa. et Ba. dictæ Urbis*; ipsa capitula omni cum debita subjectionis reverentia receperunt, et audierunt prudenter exposita, et narrata pro parte præfati D. N. super illis, et nonnullis aliis per ipsum magnificum Franciscum Nuntium Apostolicum in hac parte. Propterea volentes effectualiter adimplere ipsi Domini Officiales ea omnia, quæ in ipsis capitulis continentur, precedente prius *privato Consilio* (ut est moris) presenti die cum debitis solemnitatibus per eos convocato, et congregato in majori Sala Palatii Capitolii, dicto privato, ac etiam generali Consiliis infrascriptorum *Bonorum Civium* Romanorum pro rata de qualibet Regione dictæ Urbis una cum ipsis Officialibus, Capitibus Regionum et 26. *Consiliariis* ordinatis more solito in ipsa Urbe, et infrascriptis *Imbussolatoribus* dictæ Urbis: lectis, et expositis in eodem Consilio, contentis in capitulis ipsis, auditisque verbis, prudentissime super illis, et aliis expositis per Officiales ipsos, et magnificum Franciscum, deliberatum, ordinatum, et consultum extitit in eodem Consilio per omnes astantes in eodem, nemine discordante, facto partito, ut est moris, videlicet, quod fiant, promittantur, ordinentur, et adimpleantur omnia, et singula, quæ continentur in iisdem capitulis, et petuntur pro parte Suæ Sanctitatis, salvo solum quod mutuentur sex millia florena auri. Post vero hujusmodi conclusionem, et prædicta omnia sic gesta, reformata, edita, et obtenta, prænominati *Conservatores, Banderenses*, et quatuor ex potestate, arbitrio, Balla, et ordinatione dicti Consilii etiam *Consiliarii, Capita Regionum*, et *Imbussolatores* præfati unanimiter, et concorditer vice, et nomine dicti Populi Romani, et in eorum officiis Successorum promiserunt Reverendo in Christo Patri, et D. D.

Jo.

Jo. Dei gratia Abbati Monasterii S. Pauli, et *Vicario Apostolico in Spiritualibus dictæ Urbis*, præsenti, stipulanti, et recipienti vice, et nomine ipsius Sanctitatis observare, et observari facere inviolabiliter omnia, et singula, quæ in ipsis capitulis continentur. Et sic jurarunt ad Sancta Dei Evangelia Scripturis per eos, et quemlibet eorum corporaliter manibus tactis. Nec non pro majori observatione, et cautela omnium præfatorum, omnes prænominati, et infrascripti sponte obligaverunt se, et bona sua dicto D. Abbati stipulanti, et recipienti ut supra ad poenam florenorum auri pro quolibet Cameræ Apostolicæ solvendorum, et applicandorum, si fuerit in præmissis contrafactum, vel aliquo prædictorum. Ad quorum omnium fidem, et cautelam præfati *Conservatores*, *Banderenses*, et xi. *Capita Regionum* sigilla Officialatus eorum imprimi mandaverunt.

Nomina vero supradictorum sunt hæc videlicet.

Capita Regionum.

Jo. Antonii Stefani de Regione Montis.
Astesallus Anastaxii de Regione Trivii.
Stefanellus Joannis Mei de Regione Columnæ.
Rentius de Iacobe de Regione Campi Martis.
Paulus Capponis de Regione Parionis.
Lellus Bartelluctii de Regione Arenulæ.
Matutius Lelli Pattoli de Regione Pineæ.
Alexius Cole Alexii de Regione Campitelli.
Petrutius Occabranucii de Regione S. Angeli.
Nutius Velli Petri Arlotti de Regione Ripæ.
Cecchus Coluccia Cincii Jo. Catini de Reg. Transtyber.

Imbussolatores.

Matheulus de Capegallis de Regione Trivii,
Gregorius Angeli Corradi de Regione Montium.
Petrus Scrinianus de Regione Columnæ.
Petrus Palutii de Regione Parionis.
Cola Nutii Petri Jannini de Regione Campitelli.
Antonius Pauli Jacobelli de Regione Arenulæ.

Consiliarii de Regione Montis.

Nicolaus Joannis Sabe Cocii.
Laurentius Cecchi Palocchi.
Petrus Mancini Not.
Cecchus Joanne Palocii.
Joannes Piello
Janottus Premelorii.
Rubeus Mattheis.

De Regione Trivii.

Vos. Rimbecca.
Lellus Ciapane.
D. Paulus Jacobi.
Ceccus Tasca.
Stefanellus Jo. Pagani.
Coluccia Staffione Not.

Cec-

Ceccus Jannetta. Lucarotius Cecchi Lucarotii. Gaytanus prefati Pichae. Nicolaus Renti Tucii Concobari.

De Regione Columnae.

Laurentius Prerocane. Paulus Laurentii Prerocane. Bubalus de Cancellariis. Honoratt. Antonius Jo: Tucii Not. D. Laurentius de Tedalliuis. Jo. Laurentii Simeonis. Nicolaus Jo. Siarne. Jo. Angelus Roffini. Cecchus Jo. Cimini. Bernardus Cocii.

De Regione Campi Martis.

Antonius de Leonardi. Cecchus de Trinca. Paulus Roccapasa Matutius della Riccia.

De Regione Pontis.

Paulus Tocii. Jacobus Bruno Not. Falletrita Not. Lellus Patrone. Natolus Buti Natol. Mattheus Capo de janni. Christofarus Lelli. Ceccus Malglorei. Petrus Macarella. Jo. Dainane. Paulus Bacci Not. Laurentius Leonis Not. Antonius Joannis del Luoglio. Laurentius Bernabei. Barthol. Cecchi Intrante. Romisanus de Perficis. Yvo Guilli Not. Ceccus Petrutii. Ceccus Francisci Pelamatelli. Jo. Cavaluva.

De Regione Parionis.

Vecchiarellus Not. Ant. Petrutii Signorotti. Cecchus Coneda. Ant. Benepera. Romanus Catagna. Paulutius Colae Jo: Pauii. Jo: Ant. d. Costian. Jo: Cecchi Fiordiioglio. Coria. Mordus dello Babbo Jo: Corineto. Mascius Caullines. Anton. Annuci belli hominis. Colutia Petrutii Palini. Joannes Ceccoli.

De Regione Arenulae.

D. Paulus Alexii. Baptista Pauli Gocii Joanne Cicchi Aii. Petrus de Cenciis Marcellus Jo: Padre Sabas Collepellarii. Andreotius Colae Calcamalva. Georgius Petri Sabelli.

De Regione S. Eustachii.

Rainerus Christofari Reinerii. Cecchus Egidii. Gugna Macellarius. Ant. Bernabei Locii Nicolaus Philippini. Lellus Quatraria. Julianus Cecchi Ceuli. Cecchus Philippini. Nicolaus Tebaldi. Laurentius Staglia.

De Regione Pineae.

Jo: Nelloli Scriba Senatus.
Jacobillus de Marconibus.
Jo: Lelli Andreae de Rubeis.
Nicolaus.
Lellus della Valle.
Nicolaus Capomaestro.
Antonius Cecchi Ferrarius.
Angelellus Sanctus Not.
Laurentius Eustachii Not.
Andreotius Tuttobono.
Lellus Eunofrii.
Colutia Prenda.
Nicolaus Gussoli.
Nicolaus Baroitte.
Petrus Paulus Sabucii.

De Regione Campitelli.

Magister Franciscus de Fara.
Mattentius Grassi Tramundi.
Lellus Petrutii.
Julianus Notii Petri Jannini.
Nicolaus de Perleonibus.
Romanus Stefani.
Ceccus Colae Alexii.
Stefanellus Colutiae Petri Jannini.
Nicolaus Salaminus Not.

De Regione Sancti Angeli.

Antonius Gratiani.
Nicolaus Tordonerii.
Martinus Speciarius
Sabbas della franga.
Ganufrius de Magolatae.
Jo: Notii Cottae.

De Regione Ripae.

Mutius Dominici Petri Leonis.
Jo. Zannotto.
Nicolaus Clanm.
Laurentius della Corte.
Laurentius Theoli Carletti.
Andreotius Matteriae.

De Regione Transtyberim:

D. Nicolaus de Bondiis.
Jacobellus Cincii.
Jacobellus Stefani.
Jo: Guafri Not.
Antonius Laurentii Guidolini.
Benedictus Colae Obicionis.
Micolaus Pauli Judei.
Lellus Cerocii.
Petrus Justi.
Jo. Jacobus.
Cecchus de Romaulis.
Lellus Verardi.
Paulus Piantavigna.
Nicolaus Mattevoli.
Vellus de Cinque.

Acta, ordinata, conclusa, promissa, et stabilita fuerunt hæc prædicta omnia Romæ in dicta Sala Palatii Capitolii die 8. Mensis augusti primæ indictionis Anno a Nativitate Domini N. Jesu Christi 1393. Pontificatus dicti D. N. Papæ Anno quarto præsentibus his testibus, videlicet *Nicolao Jo. Quatracie de Regione Sancti Eustachii*, *Francisco de Cerronibus de Regione Montium*, *Petruccio Nucii Petri Jannini Notaro de Regione Campitelli*, *Petro Cecchi*

thi de Nigris Not. de Regione Trivii, et Petro Paulo de Alpiis de Regione Campitelli testibus ad prædicta vocatis personaliter, atque rogatis.

Nicolaus Nucii Petri Jannini Not. unus ex Imbussulatoribus suprascriptæ Societatis, et Populi, ac Secretarius eorumdem per me, ac vice, et nomine suprascriptorum meorum Collegarum Imbussulatorum manu propria me ad fidem subscripsi.

Paulus Lelli de Angelis Not. dictorum Dominorum *Conservatorum*.

Ant. Jo. Not. dictorum Dominorum *Banderensium*, et quatuor *Consiliariorum*.

In omnibus, et quoad omnia per Romanum Populum, et Officiales præfatæ Urbis presentes, et futuros, et alios quoscumque possit, ac debeat irrevocabiliter observare juxta et secundum exigentiam prædictorum.

Item idem D. N. voluit, et reservavit, quod omnes, et singulæ gratiæ, exemptiones, et immunitates, aut reductiones, seu extenuationes *Salis*, et *Jocateci* præfatæ Urbis, aut ejus Comitatus, Territorii, vel districtus, aut pertinentiarum præfatæ Urbi concessæ dudum per præfatum Predecessorem suum D. Bonifacium Papam IX. quibuscumque Communitatibus, Dominiis, aut singularibus personis, quæ revocatæ in specie non apparerent alias, quod per obitum Predecessoris sui, remaneant, et remanere debeant salvæ, atque liberæ, et in ejus vera firmitate manere juxta earum, et cujuslibet earum exigentiam, atque formam.

Item reservavit, et voluit præfatus D. N. quod omnes, et singulas condemnationes, et confiscationes tempore præfati D. Predecessoris sui, quas *Senatores* præfatæ Urbis, ac ejus Officiales, qui fuerunt pro tempore usque in presentem diem de bonis, rebus, ac juribus eorum, qui pro rebellibus Romanæ Ecclesiæ, seu Predecessoris prefati, aut Romani Populi fuissent quomodocumque damnati, vel annotati: necnon omnes, et singulæ donationes, venditiones, concessiones, compositiones, ac alienationes quæcumque de, aut super hujusmodi rebus, pecuniis, juribus, vel bonis, et quibuscumque personis, et sub quacumque conceptione verborum vel tam factæ per ipsum Prædecessorem suum, vel alium auctoritate sua celebratæ; quæ hic alias per eorum qualitates, et formas, quantitates, et species habeant, et habere debeant pro sufficienter expressis, remaneant, et remanere debeant salvæ, et illibatae, et quod Populus Rom. seu Officiales præfatæ Urbis, vel alii quicumque de predictis vel dependentibus aut eorum aliquis non possit, vel debeat se quomodolibet impedire, quominus in eorum vera firmitate perduret juxta eorum exigentiam, et formam, aliquo in contrarium faciente quomodolibet non obstante. Et si secus facta, non teneant ipso jure.

Item quod *Sal ipsius, tam in Capitolio, quam Campo salinari, tam intra, quam extra præfatam Urbem, et in quibuscumque locis ipsius perveniat, et pervenire debeat ad Cameram præfatæ Urbis, ac spectare intelligatur; salvo quod ex dicto sale præfatus D. N. et Camera Apostolica, et ad præsens habeant, et habere debeant in ipsa Urbe mille rubia boni salis ad mensuram debitam*; quam summam salis ad præsens Romanus Populus, et Gubernatores Cameræ Urbis predictæ teneant, et debeant in ipsa Urbe dare, et mensurare, vel dari, et mensurari facere effectualiter illi, vel aliis, quem, vel quos idem D. N. duxerit deputandum: Ita quod libere possit de dictis mille rubiis salis disponere idem D. N. pro suo libito voluntatis, omni exceptione, et contradictione remotis.

 Item

Item, quod nullus Baro, vel Potentes præfatæ Urbis, seu partium vicinarum possit, vel debeat ad stipendia, pensionem, vel servitia Romani Populi, Cameræ, seu Officialium præfatorum, aut alicui eorum per se vel per alium directe, vel indirecte, aut quovis quæsito colore quomodocumque, aut qualitercumque conduci, vel adscribi; et quod nullus alius Civis, vel Comitaten. Romanus possit, vel debeat conduci ad stipendia, aut provisionem, vel servitia Romani Populi, Cameræ, aut Officialium præfatorum, seu alicujus eorundem cum aliquo numero gentium armigerarum, equitum, vel peditum per se, vel alium cum majori numero quinque lancearum; Et si secus fieret ipso jure sit nullum; et nihilominus conducentes ad stipendia, provisiones, salaria, gagia, et munera quæcumque talibus dantes, et solventes, de eorum proprio solvisse, et dedisse intelligantur, et non de pecuniis Romani Populi, seu Cameræ prædictorum. Et super talibus possint, ac debeant omni tempore sindicari semel, et pluries, etiam si sindicatus absolutus fuerit quomodolibet in præmissis.

Item, quod custodia omnium, et singulorum pontium extra præfatam Urbem, nec non portarum quarumcumque dictæ Urbis (exceptis dumtaxat, et reservatis prefato D. N. et suis Successoribus *Ponte Milvio*, *et Portis Civitatis Leoninæ*) fieri debeat per Romanos, fideles tam præfato D. N. et Successoribus suis, quam Rom. Populo supradictis.

Item, quod omnia, et singula animalia, et bona quaecumque .... presentis mensis citra in praefata Urbe, aut eius suburbiis, seu Comitatu, Territorio, vel districtu praedictis detinerentur per aliquem seu ad instantiam alicuius Baronis, nobilis Civis, vel Comitaten., Rom. seu Gentes subditas, Vasallos, adherentes, complices, vel sequaces ipsorum, vel alterius eorumdem aut per gentes D. N. aut Ecclesiae praedictorum; quod omni exceptione, et contradictione cessantibus restitui, liberari, et relaxari debeant absque solutione, vel munere, seu onere propterea, vel ob id quomodolibet impendendis. Et simili modo si quis captus fuisset occasione praedictae novitatis, vel dependentium ab ea, fidem suam quomodolibet astrinxisset occasione captivitatis vel violentiae, quod eo ipso a tali obligatione, et promissione sit liber, et a iuramenti prestatione quacumque: quod ...... iuramentum cum iniquitatis vinculum esse non debeat cuilibet praedictorum tenore presentium relaxetur, ita quod ad predictorum observantiam de caetero nullatenus teneantur.

Item, voluit, et reservavit idem D. N., quod Romanus Populus, Officiales, et Magistratus praefatae Urbis tam presentes, quam futuri, nec non Barones nobiles, et alii Cives non possint, vel debeant publice, vel occulte, aut quovis quaesito colore directe, vel indirecte recipere, admittere, vel audire per se, vel aliquos alios *Nuntios*, vel *Ambassatores Antipapae*, sequentium, vel adhaerentium ipsius, aut eis, vel aliorum alicui dare receptum, auxilium, consilium, vel favorem, aut dare volentibus quomodolibet consentire. Et si quis in aliquo contrafecerit, ultra poenas, et censuras per processus Apostolicos contra talia perpetrantes inflictas, et promulgatas, eo ipso crimen lesae Majestatis se noverint incurisse.

Item, quod de *Civitatibus Sutri*, et *Civitate Castellan.*, aut de aliquibus aliis Civitatibus, Terris, Castris, locis, bonis, iurisdictionibus, praeheminentiis, vel iuribus ad D. N., et Romanam Ecclesiam praefatos, seu Suc-

ces-

cessores ipsos spectantibus vel pertinentibus, seu quae spectare, vel pertinere possent in posterum Romani Populi Officiales, et Magistratus praedicti, presentes, vel futuri coniunctim, vel separatim per se, vel alios directe, vel indirecte, non possint, vel debeant quomodocumque, vel qualitercumque se intromittere, vel aliter impedire volentibus dari auxilium, consilium, vel favorem; salvo, et reservato quod post lapsum vigiriti duorum d. proxime futuri mensis *de dictis Civitatibus Sutri, et Civitate Castellan.*, idem D. *Rex Ladislaus habeat, et habere intelligatur arbitrium declarandi, prout eidem videbitur convenire*: et quod iuxta, et secundum declarationem praefati Regis de dictis *Civitatibus Sutri, et Civitate Castellan.* fieri, et observare possit, et debeat, et utraque ipsarum inviolabiliter, et ut ....

Item declaravit, et voluit, et concessit praefatus D.N. quod .... super omnibus, et singulis culpis, maleficiis, excessibus, seu delictis, vel quasi tam in Urbe, quam suburbiis, nec non Comitatu, Territorio, et Districtu praefatae Urbis quocumque tempore per Romanum Populum, et per quoscumque Barones, Nobiles, Gentes, Vassallos, Subditos, adhaerentes, complices, vel sequentes eorum, vel alicuius eorum, aut per Cives, vel alios Romae habitatores, vel incolas comitatenses, seu districtuales praefatae Urbis, seu gentes Romanae Ecclesiae, tam contra D. N. praefatum, et eius Predecessores, quam Romanam Ecclesiam, et eius Officiales, necnon Subditos, adhaerentes, complices, vel sequaces, sive alios quoscumque cuiuscumque status, praeheminentiae, vel dignitatis fuerint, sive inter Barones, et Cives districtuales, vel alios supradictos commissis, et perpatratis quocumque tempore ubicumque locorum usque in presentem diem sive sit cognitum, vel non cognitum, sit, et esse intelligatur facta plena generalis, et absoluta remissio, et absolutio: ita quod de caetero predictorum, vel alicuius eorum occasione, vel causa, seu dependentium ab eisdem per *Senatorem*, seu *Gubernatores Camerae*, aut alios Magistratus praefatae Urbis presentes, vel futuros, quovis fungantur officio, non possit, vel debeat procedi, cognosci, vel inquiri, vel exequutio fieri ordinarie, vel extraordinarie cum promotore vel sine, aut ex officio civiliter, criminaliter, vel mixtim, in quantum publicum interesse, et Cameram praefatae Urbis concernit, seu concernere potest contra aliquem, vel alios ex predictis supra comprehensis. Et si secus, vel aliter fieret ipso iure sit nullum; et nihilominus quoad praedicta ex dependentia tam *Senatori*, quam aliis Officialibus Urbis, et Camerae praedictorum tam presentibus, quam futuris ademit, et ademptam esse voluit iurisdictionem quamlibet, et facultatem tam in cognoscendo, et procedendo, et exequendo, quem alio quocumque actu. Et quod omnes, et singuli exbanniti, diffidati, et condemnati Urbis, seu Camerae praedictorum, vel alicuius eorum occasione etiamsi crimina lesae Maiestatis concerneret (prout ad publicum interesse, et Cameram praefatae Urbis spectare, seu pertinere dignoscitur) sint, et esse intelligantur tenore praesentium apostolica authoritate, et vigore pleni Dominii praefatae Urbis, quo fungitur, rebanniti, reaffidati, et absoluti ab omnibus, et singulis processibus, bannis, diffidationibus, sententiis, et condemnationibus latis, vel factis contra aliquem, vel aliquos ex praedictis in *Curia Capitolii*, vel alibi ubicumque, ac eos, et quemlibet ipsorum a praedictis omnibus, et quolibet eorumdem, et dependentibus, presentium serie, et auctoritatibus antedictis, absolvit, libera-

beravit, et reaffidavit, et pro absolutis, liberatis, et reaffidatis haberi voluit, et decrevit, perinde ac si excessus, crimina, delicta, aut culpas aliquas nullatenus commisissent, et banniti, diffidati, seu condemnati minime apparerent, eosque, et quemlibet eorum ad honorem, famam, dignitates, jura, bonaque, restituentes, atque reintegrantes in pristinum statum reponentes, in quo erant antequam hujusmodi culpas, excessus, crimina, vel delicta quomodolibet comisissent, seu banniti, diffidati, seu condemnati propterea extitissent: abolens omnem infamiam, notam, sive maculam per eos, vel aliquem eorumdem premissorum, vel alicujus eorum occasione contractam: ac cassans, et cancellans eosdem de quibuscumque libris, ac registris, in quibus banniti, condemnati, seu diffidati quomodolibet notarentur, et pro rebannitis, absolutis, et reaffidatis haberi voluit eo ipso, mandans nihilominus *Joanni Nellolæ de Regione Pineæ* de Urbe *Scribae Senatus* ejusdem Urbis, hujusmodi diffidatos, et quemlibet eorum secundum formam statutorum praefatae Urbis dictis libris, codicibus, et registris tam in Camera praefatae Urbis, quam alibi ubicumque banniti, diffidati, seu condemnati hujusmodi apparerent ad instantiam cujuscumque petentis, posse impune, ac libere reaffidari, cassari, deleri, ac cancellari, prout fuerit assertum, salvo, et expresse reservato, quod quicumque esset diffidatus pro crimine homicidii, reaffidari non posset, nisi habuisset, vel haberet in posterum pacem ab haeredibus occisi, et haeredibus non existentibus, ab ipsis, quorum esset, suam, et suorum injuriam prosequi: et iis deficientibus facta prius inquisitione diligenti a *Procuratore fiscali Cameræ seu Populi Rom.* praedictorum, fieri possit pax hujusmodi. Praedicta autem in praesenti capitulo contenta non intelligantur in aliquo praejudicare quibusvis aliis declarationibus, concessionibus, reservationibus...... D. N. in praecedentibus, et sequentibus capitulis denotatis, quominus in eorum firmitate perdurent, juxta eorum, et cujuslibet eorum exigentiam, et tenorem.

Item declaravit, voluit, et expresse reservavit idem D. N. quod Populo Rom., et Gubernatoribus Camerae, nec non Consiliis privato, et generali praefati Populi, aut illius Officialibus, seu Magistratibus praefatae Urbis tam presentibus, quam futuris non sit licitum, vel permissum absque speciali licentia, et consensu praefati D. N. per se vel alios directe, vel indirecte, aut quovis quaesito colore edere, facere, aut quomodolibet ordinare, vel providere, seu de novo concedere, aut aliter quomodocumque decernere aliqua statuta, leges, plebiscita, ordinamenta, reformationes, vel decreta: et si secus, vel aliter fieret, quod factum fuerit, ipso jure sit nullum, et contrafacientes eo ipso, et scribentes, et servantes in sententiam excommunicationis incurrant; a qua quidem sententia, preterquod in mortis articulo, nisi dumtaxat a Romano Pontifice, nequeant absolutionis beneficium obtinere.

Item voluit, declaravit, et expresse reservavit praefatus D. N. suo Successori, et praefatae Ecclesiae nomine, quod in casu, quo per formam capitulorum celebratorum in *Civitate Assisien.* inter fel. rec. D. Bonifatium PP. IX. Praedecessorem suum, seu alium ejus nomine, et Procuratores, Sindicos, vel Nuntios Romani Populi, de quibus in precedentibus capitulis habetur mentio, contineretur, vel quomodolibet appareret, seu apparere posset, vel comprehendi aliquod aliud jus, jurisdictionem, praehemi-

heminentiam, facultatem, aut imperium merum, vel mixtum, seu majoritatem aliquam in Urbe, Suburbiis, Comitatu, Territorio, et districtu Romano, juribus, et pertinentiis ipsorum, vel alicujus eorum ultra, vel preterquod se extendant simpliciter, et absque interpretatione aliqua, concessiones, et indulta per supradictum D. N. Romano Populo, ac Gubernatoribus dictae Camerae, et Officialibus praefatae Urbis presentibus, et futuris per formam praedictorum, et infrascriptorum capitulorum concessum, datum, vel tributum Romano Populo, Conservatoribus Camerae, aut Consiliariis, aut Societati Pavisatorum, et Balistariorum, seu aliis Officialibus, vel Magistratibus praefatae Urbis, qui fuerunt pro tempore, seu esse potuissent, vel possent in dicta Urbe, ejusque Comitatu, Territorio, vel districtu, sub quacumque verborum conceptione, et forma appareret, seu apparere posset. Quod omnia, et singula indulta, concessa, data, seu aliter translata per dictum Praedecessorem suum Romano Populo, et aliis supradictis, vel aliorum alicui, quae lapsu temporis expirata non essent, sed trahi possent, vel extendi (quantum ad hujusmodi dominii jurisdictionem, praeheminentias, concessiones) ad presentia, vel futura; ea omnia (quae hic alias haberi voluit pro sufficienter expressis) reduci, intelligi, et trahi debeant ad concessiones, et indulta per ipsum D. N. in precedentibus, et infrascriptis contenta capitulis facta pariter, et concessa: cum suae intentionis fuerit, et existat in principio, medio, et fine suorum indultorum, et concessionum hujusmodi, nihil voluisse (quoad Dominium, Gubernationem, Regimen, et administrationem, merum, et mixtum imperium, Gladii potestatem, et omnimodam jurisdictionem) concedere Rom. Pop., et Gubernatoribus Camerae supradictae, aut aliis Officialibus praefatae Urbis presentibus, et futuris, nisi dumtaxat Gubernatorem administrationis dictae Camerae, et immediate, ac de jure pertinere ad eamdem, et alias, nec alio modo. Reservans sibi nihilominus, nec non Successoribus suis canonice intrantibus praefatae Ecclesiae quaecumque jura, jurisdictiones, praeheminentias, merum, et mixtum imperium, et omnimodam facultatem praedictarum, salvis concessionibus ut supra, praesertim per ipsum D. N. factis, et concessis Populo, Gubernatoribus, Officialibus, et aliis in precedentibus, et sequentibus capitulis denotatis.

Item voluit, et reservavit praefatus D. N. declarans, quod de omnibus, et singulis *sextertiis gabellarum*, et *proventuum* praefatae Urbis quomodolibet debitarum Camerae praefatae Urbis usque in presentem diem, et non solutarum tempore praeterito fiat, et fieri debeat pro debitis praeteritis, et contractis persolvendis solutio, et satisfactio per emptores huiusmodi gabellarum, et introitum Camerae Apostolicae, in ea quantitate, et summa prout solvi debuissent praefatae Camerae Urbis usque in presentem diem per huiusmodi emptores gabellarum, et introitum praefatae Urbis omni exceptione remota.

Item declaravit, et voluit, quod Romanus Populus, et Gubernatores dictae Camerae, et alii Officiales praefatae Urbis, et Magistratus tam presentes, quam futuri teneant, et debeant *stratas omnes adeo custoditas, et securas tenere, et teneri facere expensis Cameræ præfatæ Urbis*, quod venientes ad ipsam Urbem, seu Romanam Curiam, seu ab ipsis recedentes tam in veniendo, quam recedendo, et tam in bonis, quam in personis plena securitate gaudeant; cum ex frequentia confluentium ad dictam Urbem tam pro con-

consequendis indulgentiis, quam gratiis a Sede Apostolica, maxima Romano Populo, comoditas incessanter.

Item supradictus D. N. ad hoc ut appellationis beneficium maximam in sublevationem oppressorum in suis iuribus dignoscitur esse remedium, voluit declaravit, et reservavit sibi, et Successoribus suis canonice intrantibus nominationem, deputationem, et *electionem Capitanei Romani Populi super appellationibus*, et nullitatibus causarum cum officio, potestate, salario, muneribus, honoribus, dari, fieri, et solvi consuetis per formam statutorum, et ordinamentorum praefatae Urbis de tempore in tempus ponendi, et deputandi.

Item declaravit, et voluit, quod Castrum . . . . nec non *officium Defensorum Maranæ* in omnibus iuribus, et pertinentiis eorumdem spectet, ac spectare, et pertinere debeat ad Lateranensem Ecclesiam praefatae Urbis.

Item commisit, quod *Illustris D. D. Ladislaus Rex Hierusalem, et Siciliæ* habeat facultatem, et arbitrium declarandi, utrum Officiales, videlicet Gubernatores Camerae praefatae Urbis residere debeant in *palatio Capitolii*; et si resideant, in quo loco palatii.

Item concessit dicto Pop. Rom., et voluit, quod completis, solidatis, ac acceptatis omnibus supra, et infrascriptis, *Capitolium præfatæ Urbis reducat, et reduci debeat ad formam palatii, et loci communis Judicii, et quod assignetur præfato D. Regi, vel illi cui præfatus D. Rex Dux dicti palatii, et loci communis Judicii*, prout superius continetur.

Item voluit praefatus D. N. quod pro observatione omnium supra, et infrascriptorum *viginti Cives nobiles*, et idonei pro qualibet Regione dictae Urbis, se principales constituentes, et in solidum obligantes eorum propriis, et privatis nominibus, et pro se iuris, et Universitate, et singularibus personis Regionis ipsorum, et teneantur, et debeant coram dicto D. N., vel eius *Camerario*, vel alio, cui duxerit comittendum solemniter, et in forma plenaria obligare pro Pop. Rom., et Officialibus supradictis cum promissionibus personarum, rerum, et bonorum, obligationibus, renuntiationibus, et sub poena quinquaginta millium florenorum auri de Camera Apostolicae Camerae applicandorum vice qualibet solvendorum efficaciter obligare, et sub poena periurii, in forma valida, et opportuna, ita quod plene de iure subsistat ad requisitionem supradicti D. N. PP. omni exceptione remota dictis adimplendis, et observandis inviolabiliter omnibus, et singulis superius, et inferius denotatis juxta ipsorum,et cuiuslibet eorumdem exigentiam, et tenorem.

Item, quod pro maiori, et efficaciori observatione supra, et infrascriptorum omnium declaravit, et voluit, quod *Communitas, et singulares personae Regionis Transtiberim de Urbe* praedicta per suum specialem Sindicum sufficiens mandatum habentem se obligent, et obligare debeant in forma valida, et cum membris, et substantialitatibus opportunis, et permittant casu, quo altera ex dictis partibus non servaret, et adimpleret omnia, et singula super, et infrascripta prout ad ipsam partem spectaret, et pertineret, vel spectare, et pertinere posset per formam dictorum et infrascriptorum capitulorum, vel alicujus eorum; quod bona, pura, et sincera fide, omni fraude, et malignitate cessantibus naturaliter, et expresse, ac totis viribus dabunt auxilia, consilia, et favores, etiam quæcumque opportuna contra partem

tem prædictam, vel eorum aliquid non servantem, seu contra, et in aliquo venientem, quousque parti servanti fuerit condigne, ac debite satisfactum per partem ipsam, ea non servantem, seu venientem in aliquo contra exigentiam premissorum sub dictis censuris, poenis, et obligationibus, et renuntiationibus, iuramentis, et capitulis opportunis.

Item voluit, et expresse, ac specifice reservavit in principio, medio, et fine præsentium indultorum supradictus D. N. quod in casu, seu casibus quo, vel quibus per Romanum Populum, Gubernatores Cameræ, seu alios officiales, vel Magistratus præfatæ Urbis presentes, vel futuros præfata omnia et singula supradicta, et quomodolibet ipsorum, et infrascriptorum non fierent adimplerentur, et efficaciter non servarentur, juxta, et secundum predictorum, et infrascriptorum exigentiam, et tenorem in omnibus, et ad omnia, quod ex nunc, prout ex tunc eo ipso omnia, et singula concessa, et indulta Romano Populo, Gubernatoribus Cameræ, et reliquis Officialibus, et Magistratibus, ac Civibus districtualibus, Habitatoribus, et Incolis praefatæ Urbis, et aliis in precedentibus capitulis denotatis sub quacumque conceptione verborum appareant, sint, et esse intelligantur nullius efficaciæ, roboris, vel momenti; et perinde haberi, et censeri debeant, viribus evacuata, irrita, et nulla, ac si data, concessa, et indulta minime extitissent.

Item voluit, et declaravit, quod de, et super predictis omnibus, et singulis, et quolibet ipsorum fiat, et fieri debeat in Consilio privato, et generali Romani Populi, seu Urbis præfatæ, et ipsa Consilia in forma valida, et opportuna secundum formam statutorum, et ordinamentorum præfatæ Urbis, plena, et efficax ratificatio, approbatio, et emologatio sine temporis intervallo, ita quod de jure plenissime subsistat, ac statim in forma publica dirigi ad præfatum D. N. seu Cameram Apostolicam ad fidem, et testimonium præmissorum. Et præfata omnia, et singula præfatus D. N. ad supplicationem Romani Populi, et Officialium supra, et infrascriptorum, quia nobiles, et prudentes viri de numero tresdecim Bonorum Civium videlicet unius pro qualibet Regione præfatæ Urbis, per universitates, et singulares personas hujusmodi Regionum videlicet.

Jo. Palotii de Fuscis de Regione Montium.
Petrus Battaglierus de Tedallinis de Regione Columnæ.
Graia de Galganis de Reg. S. Aug.
Paulus Stasi de Reg. S. Eustachii.
D. Paulus Jacobi Leg. Doct. de Regione Trivii.
D. Galterius Leg. Doct. de Regione Pineæ.
D. Nicolaus de Buondiis Leg. Doct. de Reg. Transtiberim.

Habentes plenariam potestatem, ut asseruerunt ab Universitatibus, ac Capitibus, et singularibus personis dictarum Regionum ad infrascripta omnia, et singula agenda, concludenda, ac in forma opportuna, et valida permittendum, prout prudens vir *Jo: Nelloli de Regione Pineae de Urbe Scriba Senatus, Populi, ac Notarius publicus* in presentia D. N. ac aliorum supra, et infrascriptorum astantium, et mei Notarii infrascripti asserunt ejus manu constare latissime, eorum propriis, et privatis nominibus, ac vices, et nomine Universitatum, et singularum personarum dictarum Regionum, necnon pro Capitibus Regionum, Universitatibus, et singularibus quibuscumque personis *Regionum Ripae, Campitelli, ac Campi Martii de Urbe*; ac etiam *Nicolaus de Sanguineis de Regione Pontis, Colassus Anna de Regione*

Parionis, *Stefanus Pauli Gotti de Regione Arenulae* eorum propriis, et privatis nominibus, ac pro Capitibus, Universitatibus, et singularibus personis *Regionum Pontis*, *Parionis*, et *Arenulae* praedictarum, pro quibus, et qualibet earum ex certa scientia, et quilibet eorum in solidum se principaliter obligantes, eorumque haeredes, jura, et bona promiserunt supradicto D. N. suo, et Successorum, et Romanae Ecclesiae praedictorum, nec non Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Praelatorum, Cortisanorum, et omnium, et singulorum aliorum in precedentibus capitulis comprehensorum nomine, ac pro ipsis stipulantibus, et recipientibus de rato, et ratihabitione cum omnibus, et singulis capitulis, et......... in talibus de jure, aut consuetudine quomodolibet opportunis: volentes immensam clementiam praefati D. N. PP. dictis nominibus, ut quomodolibet ipsorum obligantes, ut supra praefertur, se haeredes, et jura, ac bona tam sua, quam aliorum, quorum nominibus agunt, et promittunt, et promiserunt solemniter, et convenerunt per pactum solemni stipulatione vallatum non vi dolo, vel metu, vel per aliquem errorem juris, vel facti, sed ex certa scientia, aut spontanea voluntate praemissa omnia, et singula in supra scriptis contenta capitulis, et etiam infrascriptis juxta ipsorum, et cujuslibet eorum exigentiam, et tenorem attendere, et observare, et attendi, et observari facere, et in nullo publice, vel occulte, directe, vel indirecte, aut quovis quaesito colore per se, vel alium, seu alios contrafacere, vel venire, aut contravenire nolentibus consentire sub poena, et ad poenam quinquaginta millia florenorum auri de Camera praefato D. N., et ejus Successoribus, ac Camerae Apostolicae vice qualibet, qua in praedictis, aut infrascriptis supradictorum, aut infrascriptorum aliquo contrafactum, seu ventum extiterit eo ipso applicandorum, et solvendorum omni juris, et facti exceptione remota, et cum refectione omnium, et singulorum damnorum, expensarum, et interesse litis, et.......... quae D. N. Successores Romanae Ecclesiae, ... et aliisupra comprehensi, et denotati, vel eorum aliquis quomodocumque in judicio, vel extra facerent, vel subirent quocumque jure, vel modo. Pro quibus omnibus, et singulis astringi, ac conveniri voluerunt, et consentierunt expresse, tam realiter quam personaliter, et tam in praefata Urbe, quam alibi ubicumque locorum, Terrarum, vel fori ad instantiam cujuscumque...... posset quomodolibet et in aliquo interesse: renuntiantes expresse omnibus, et singulis privilegiis, exemptionibus, ac beneficiis, eis, vel eorum alicui de jure, vel de forma hujusmodi statutorum, vel ordinamentorum, quibus possent se quomodocumque tueri contra praemissa, aut infrascripta, vel aliquod ipsorum, et maxime juredicenti generalem renuntiationem non valere. Pro quibus omnibus, et singulis firmiter, et inviolabiliter observandis, ut supra prefertur, obligaverunt expresse praefato D. N. pro se, et suis Succesoribus, et Romanae Ecclesiae, et aliis supra comprehensis, et mihi Notario publico infrascripto tanquam publicae personae pro omnibus, et singulis stipulanti, et recipienti, se ipsos, et quemlibet ipsorum in solidum, et eorum, et cujuslibet ipsorum haeredes, jura, et bona quaecumque ubicumque existentia, tam praesentia, quam futura. Et ad majorem roboris firmitatem juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Evangelia manibus tacta in manibus praefati D. N. supradicta omnia, et singula attendere, et observare, ac attendi, et observari facere cum effectu, omni

iuris,

juris, et facti exceptione remota sub poenis, censuris, et obligationibus supradictis.

Postquam supradictus D.Nicolaus precibus, et mandato tam supradicti D.N. quam dictorum Civium Romanorum superius nominatorum, nominibus quibus supra, rogantium, vice, et nomine Capitis, et Universitatis, ac singularum personarum *Regionis Transtyberim*, suo nomine, ac ut Sindicus, et procurator legitimus, habens ad infrascripta omnia sufficiens, et speciale mandatum, prout in presentia D. N., Civium, et Testium praedictorum, et mei Notarii infrascripti, eius manu latissime constare asseruit prudens vir..... Notarius publicus de Urbe de *Regione Transtyberim*, habens notitiam plenissimam omnium, et singulorum capitulorum in praecedenti contractu contentorum, et maxime capituli, quod incipit: Item pro maiori, et efficaci observantia, et eius continentia: volens iuxta exigentiam dicti capituli dicto sindicario, et procuratorio nomine, Capitis Universitatis, et singularum personarum *Regionis Transtyberim* praedictorum, et solemniter obligare, juxta, et secundum formam dicti capituli, promisit solemniter, et iuravit D. N. et Civibus Romanis praedictis, et mihi Notario infrascripto, praefatis nominibus stipulantibus, et recipientibus, quod in casu, quo altera ex partibus, in dicto capitulo denotatis, non servaret omnia, et singula supradicta, et infrascripta prout ad ipsam partem spectare, et pertinere posset per formam dictorum, et infrascriptorum capitulorum, vel alicuius eorum, quod bona, pura, et sincera fide, omni fraude, et malignitate cessantibus realiter, et expresse, ac totis viribus dabunt auxilia, consilia, et favores, et quaecumque opportuna contra partem praedictam, vel eorum aliquod non servantem, seu contra ea in aliquo venientem, quousque parti servanti fuerit condigne, ac debite satisfactum per partem ipsam ea non servantem, seu venientem in aliquo contra exigentiam praemissorum sub dictis censuris, poenis, et obligationibus, renuntiationibus, iuramentis, et Capitulis opportunis.

Acta fuerunt omnia, et singula supradicta Romae apud Sanctum Petrum in Palatio Apostolico in Capella parva prope Cameram paramenti dicti Palatii in praesentia praedicti D. N. PP., ac praefati *Serenissimi D. D. Ladislai Regis Siciliae Illustris, et Reverendissimorum D. D. Angeli tituli S. Laurentii in Damaso, Francisci tit. S. Susannae, Henrici tit. S. Anastasiae, Christofori tit. S. Ciriaci, Angeli tit. S. Potentianae Presbiterorum, Rainaldi S. Viti ad Macellum, Landulphi S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconorum S. R. E. Cardinalium, ac Reverendissmi in Christo Patris D. Corradi Episcopi Mileten. ac Camerarii D. N. PP.* praedicti: ac praesentibus, et intelligentibus Venerabili viro *D. Petro de Stephaneschis de Urbe Prothonotario* praefati D. N. PP. ac Magnificis *DD. Bertholdo de Ursinis, Francisco, et Nicolao Comitibus Anguillariae*, ac viro Nobili *Mastro Marchesano Milite Romano*, et pluribus aliis testibus ad praefata habitis, et rogatis, sub Anno a N. D. Iesu Christi 1404. Inditione XII. die 12. Assumptionis Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. Domini Innocentii VII. supradicti, et 27. Mensis octobris dicti anni: rogantes, et mandantes partes ipsae per me *Franciscum de Monte Politiano Secretarium praefati D. N. PP. Scribam publicum*, nec non *Bartholomaeum della Capra* etiam ipsius *D.N. Secretarium, ac Ioannem Nelloli de Regione Pineae de Urbe* praefata *Scribam Senatus Romani Populi*, et quemlibet nostrum in solidum, unum, et plura

 confi-

conficere publica documenta in testimonium præmissorum tenoris, et continentiae prædictorum.

Nos *Laurentius* de *Macharanis*, *Sabbas Pauli Natuli Cesarei*, *Io. Antonius de Cosciaris*, *Petrus dello Schiavo*, *Paulus Egidii Marolini*, *Petrus Tozzoli*, *et Matutius Theoli Carletti septem Gubernatores Libertatis Reipublicae Romanorum Sacri Senatus officium regentes* secundum formam capitulorum dictae Libertatis aeditorum.

Actum Romae in *Palatio Capitolii* anno MCCCCV. Pontificatus Innocentii Papae VII. mensis maii die 15. Scripta per me *Angelum Tutii Cola Trincha* Civem Romanum *Prothonotarium Curiae Capitolii* de mandato, et licentia dictorum Dominorum Gubernatorum Libertatis.

N. VII.

Lettera, estratta dalla *Biblioteca Chigi*, e dall'*Avvocato Carlo Fea* nella erudita sua opera, *Miscellanea, Filologica, Critica, Antiquaria* (1) publicata; nella quale facendosi menzione del Senatorato di Roma di *Agostino Chigi*; e non essendoci dopo varie ricerche riuscito sapere quando lo avesse ottenuto, per poterlo poi collocar a suo luogo, abbiamo stimato quì trascriverla.

Perillustri, et generoso Domino Ferdinando a Furstenberg.

Verba, ut nummi, usu praesenti valent; tempus enim ut illorum pretium, sic horum significationem pro lubitu mutat. *Senatoris nomen*, *et dignitas* longe alia fuit sequioribus seculis, postquam Roma Pontifices supremos rerum dominos agnovit: quam aut libera republica, vel sub imperatoribus. Tum enim Senatus magno optimatum, et equitum numero constabat, ad quem Consules, postea etiam Caesares de reipublicae negotiis referebant, atque ex eius sententia senatus-consulta fiebant. Hoc *senatorio munere* non facile movebantur semel allecti, nisi vel infamiae causa, vel odio Principum. Ex Senatu legebantur censores, aediles, quaestores, consules; et muneribus hisce ad tempus perfuncti, deinceps censorii, aedilitii, quaestorii, consulares vocabantur: qui postea inclinante imperio exquaestores, et exconsules dicti. Sed *exsenatores* vocari non poterant; quod etiam majoribus magistratibus perfuncti in senatu esse desinerent. *Senatoris autem munus*, quod longe post extinctos consules in Urbem invectum, nihil nisi nomen cum prioribus illis commune habuit; et verius senatus praeses appellatus fuisset, aut iudex a senatu lectus; qui Populo Romano jus cum summa potestate diceret; qualis olim Vicarius Urbis fuerat. Sed quidquid de nomine sit, cum munus temporarium fuerit ad Senatus, vel Pontificis libitum, non video cur non *exsenator* eo munere perfunctus eadem analogia dici possit, qua sub sequioribus Augustis exquaestores, et exconsules, et expraefecti, qui quaesturam, consulatum, vel praefecturam gesserant, appellati fuerunt: neque metus est, ut propterea senatu motum quis existimet; *cum nostri seculi usu Sena-*

(1) *To. 1. n. 3. p. 289.*

Senatorem supra Conservatores, hoc est umbratiles consules eminere nemini rerum urbicarum peritiori ignotum esse possit. Dicam tamen quod sentio: magis ex prisci, et purioris seculi usu, et consuetudine futurum videtur, si *mero senatoris appelletur nomine Augustinus Chisius*, absque additamento illo non nisi sequiorum temporum scriptoribus usurpato. Rem totam vestri judicii facio, quibus nihil nisi antiqua signatum nota probatur. Vale, ex Museo nostro pridie nonas novemb. MDCLXIII.

Tuae virtutis, et eruditionis

Officiosus cultor L. Holstenius.

Remitto inscriptiones, sed paululum mutatas, transpositis saltem vocibus. Mallem ipsum *Augustinum virum inlustrem* veteri formula appellari, inde dignitatis titulos subjungi; ne *Senatori Urbis* subjuncta vox, *inlustri*, ambiguum suspendat lectorem, utrum antecedenti, *senatori*, an sequenti, *fundatori*, tribuenda sit; neutri enim proprie convenire videtur. Nam, cum Reges neapolitanos, aliosque principes viros senatorio munere functos constet; multo illos illustriores fuisse, non ambigo. Sin ad fundatoris nomen trahatur, sunt alia in Urbe sacella, et opere, et reditu longe illustriora. Itaque rectius splendori, et magnificentiae ejus non in hisce solum partibus, sed *etiam in reliqua omni vita viri inlustris titulus dabitur etc.*

INDI-

INDICE GENERALE

B

Bata-

Bona-

C

di Gre-

Con-

Giaco-

Fio-

Ful-

di Gian-

H

I

K

L

Gio-

Marsi

Melio-

O

P

Paga-

Oltra-

Q

R

Rapi-

S

stel

a tem-

ceri-

se ne

Sti-

V

IMPRIMATUR

Si videbitur Rmo P. Mag. Sac. Pal. Apost.

F. X. Passari Archiep. Lariss., ac Vicesg.

Quando la Storia vien corredata da autentici monumenti, che le servano d' illustrazione insieme, e di fondamento; allora acquista quel carattere d' incontrastabil certezza, per cui riman chi legge pienamente pago, ed istrutto. E tal' appunto è il pregio singolarissimo dell' *Istoria Diplomatica de' Senatori di Roma*, che ha con lunghe fatiche, e immense ricerche compilato il Ch. Sig. Abate Francesco Antonio Vitale, Soggetto assai noto nella letteraria Republica per molt' altre dotte *Opere*, da esso in varj tempi pubblicate. Io l'ho attentamente letta per comando del Rmo P. Maestro del S. Palazzo Apostolico senza incontrarvi cosa alcuna opposta o ai cattolici dogmi, o ai buoni costumi; anzi con avervi ravvisata una serie copiosa di scelte notizie, e di preziose memorie, che la rendono degnissima della pubblica luce.

Roma dal Convento d' Araceli questo dì 20. Novembre 1790.

Fr. Ambrogio Erba Ex-Provinciale de' Min. Oss., e Consult. dell' Ind., de' S. Riti, e del s. o.

Avendo per ordine del Rmo P. M. del S. P. letto diligentemente la *Storia Diplomatica dei Senatori di Roma*, scritta dal Signor Abate Vitale, debbo con verità dire, di non essermi avvenuto in cosa, che possa far onta alla religion nostra, al buon costume, ed a' Principi, e di averla d' altra parte trovata ricca di nuove notizie, e di bei monumenti, che l' illustre, ed instancabile Autore ha raccolti in assai luoghi, onde rendere il suo lavoro semprepiù interessante, e più compiuta, ed esatta la serie de' Senatori Romani, imperfetta tuttavia, e difettosa grandemente, malgrado l' industria, e gli sforzi di più dotti Uomini, che sonosi attorno a questo medesimo sasso ravvolti: stimo pertanto ben fatto essere, il renderla pubblica colle stampe. 15. Giugno 1791.

Gaetano Marini

IMPRIMATUR

Fr. Th. Maria Mamachius Ord. Præd. S. P. A. Magist.